Digitized by Google

6

DE

ILLYRICÆ LINGUÆ

VETUSTATE ET AMPLITUDINE

DISSERTATIO

HISTORICO - CHRONOLOGICO - CRITICA.

AUCTORE

F. SEBASTIANO DOLCI A RAGUSIO

Ord. Minorum Lectore Jubilato &c.


Ad Illuſtriſſimum Dominum

D. JOANNEM GARMOGLIESI

Equitem SS. Sepulcri, & in Regno Cypri

totaque Syria pro Raguſina Republica

CONSULEM.



VENETIIS

CIↃIↃCCLIV.

APUD FRANCISCUM STORTI

Sub Signo Fortitudinis

PRÆSIDUM FACULTATE.

Digitized by Google

. . . . . *Quæris pars ſemina flammæ*
Abſtruſa in venis ſilicis. Virg. Æneid. II.

Digitized by Google

EQUES ILLUSTRISSIME

SAcra illa Minorum Familia; cui, ſtatim ac ex ephebis exceſſi, dedi nomen; Tuis adeo obſtricta eſt beneficiis, ut quotquot in eadem Sodalitate ſumus nihil in ore habeamus magis, quam Nominis Tui, Tuique amoris in nos effuſiſſimam prædicationem. Cum enim aliam gratiam Tibi exſolvere nequeamus; damus id, quod vel pauperrimi homines poſſunt, & dare debent; hoc eſt, non

Digitized by Google

ſolum profitemur, verum & gaudemus etiam, nos Tibi ſumme eſſe devinctos. Quapropter quum Provincialis Præſidis ego ipſe non ante multos annos obirem munus, & noſtri Lanificii ædes, tum anguſtas, cum temporis injuria collabentes qua conſtruerem, qua amplificarem; nihil Conſodalibus meis jucundius, nihil accidere potuit gratius; quam, ne ulla unquam ætas Tuæ beneficentiæ in nos [tunc maxime experiebamur ipſam; ad nos enim non modicam tranſmiſeras pecuniam pro re Divina in noſtris Eccleſiis celebranda] deleat memoriam; hocce in eiſdem ædibus inſculptum meo juſſu intueri Monumentum: *D. O. M. Joanni Garmoglieſio SS. Sepulcri Equiti. FF. PP. Anno MDCCXLVIII.* Neque hujuſmodi erecto Lapide ſatis datum optimæ voluntati illi, qua Te de nobis, commodiſque noſtris adeo benemerentem perpetuo proſequi conſtituimus: hinc novam ego nactus, qua Tibi aliquæ reddantur grates, occaſionem; lubens libenſque amplector ipſam, & plane deoſculor. Cum ſcilicet Typis dare decreverim perbrevem hanc Diſſertationem meam, quam ſucciſivis hoc anno elucubravi horis; eandem Tibi ſiſto; & in teſſeram devinctiſſimi animi noſtri offero, dicoque. Si quis ea beneficia repetat, quæ hactenus in nos prodiga ſane manu effudiſti, exiguum eſt quod ſacro donum: at ipſemet ignoras haud, conſueviſſe eos, quibus thura non ſunt, Mulſa quoque ſalſa litare. Dein

de

Digitized by Google

de Vetuſtate, & illius a me agitur Linguæ amplitudine, quæ Tibi adeo amori eſt, ut quanquam idiomatum quibus loqueris numero ad D. accedas *Epiphanium* Salaminæ Cypri [ubi habitas] Epiſcopum; qui a S. Hieronymo, Illyrico & Maximo Doctore noſtro, ob quinque linguarum peritiam appellatur *pentaglottos*: tamen haud pateris; a Domeſticis Tuis, quos ad Illyrice loquendum urges ſemper & compellis, vel unam alterius linguæ vocem interim pronunciari. Id unum debeo monere Te; hanc ipſam Diſſertationem tranſmitti a me ad *Joannem Brunaccium*; qui ob antiquarum rerum, maxime Gothicarum, perinſigne ſtudium; editoſque ab ſe de re Monetaria quamplures libros floret *Patavii* non exigua nominis celebritate. Iccirco familiaris Epiſtolæ ſtylo conſcripta eſt. At cum nonnullis eruditis noſtræ patriæ Viris legendam primum tradiderim; non ſolum rogarunt hi, ſed ferme coegerunt, ut prælo ipſam deſtinarem; & publici aleam judicii tertium ſubirem. Quandoquidem ignoro haud, brevem admodum ſupellectilem domi mihi eſſe; & de librorum auctoribus dici paſſim, quod de Mercatoribus: nempe opulentiſſimos & ſibi, & patriæ gloriam non modicam parere; tenui vero ſuffultos cenſu prorſus vileſcere. Ut ut ſit; in literariam ſcenam e meo prodeo ſipario ob hanc quoque cauſſam, ut vigilantioribus ingeniis ſcribendi materiem ſuppetam, & noſtræ

lin-

linguæ homines, quibus amplior bibliothecarum copia, inventis a me ruderibus lucis aliquid addant, ac ſplendoris. Quoties a nobis; & egregie quidem [abſit verbo invidia] in alienis exornandis linguis inſudatum! Joannes Franciſcus *Fortunius* tantam ſibi in hoc comparavit laudem, ut inter Italicæ linguæ præceptores primas obtineat; ejuſque libri Anconæ editi anno MDXVI. fuerint novis, hiſque nitidiſſimis typis anno MDLXV. ab Aldi filiis in Veneta Civitate recuſi. Franciſcus *Patricius* eidem ſpartæ feliciſſime incubuit; verſaturque in ore famæ ob inſignem de Italica Eloquentia librum, quem item ex Veneta Franciſci Senenſis Calcographia anno MDLXV. habuimus. Dies me deficiet, ſi Cives noſtros [nam Dalmatæ iſti duo] velim ad cenſum revocare. Benedictus *Rogaccius* e Societ. J. Italicæ Grammatices præcepta Romæ evulgavit; Stephanus *Gradius* Vaticanæ Bibliothecæ Cuſtos Appianum de Bello Illyrico e Græco Latinum reddidit; Anſelmus *Bandurius* Monachus Melitenſis Byzantina illuſtrata hiſtoria non modicam Græcis Annalibus acceſſionem dedit; & [ne alios numerem] Vincentius *Brattuti* Bartholomæi filius Arabica quamplurima Hiſpanice vertit. His ipſis noſtris temporibus duo præclariſſima noſtræ Urbis ingenia idem volutant dolium: videlicet Benedictus *Stay* D. Hieronymi Illyricorum de Urbe Archipræsbiter in Romanæ Sapientiæ Archigy-

gymnaſio Latinam Eloquentiam docet; & P. F. Dionyſius *Remedelli* Ord. Prædicatorum Græcam linguam in Univerſitate Bononiæ. Itaque (quod dicebam) more nobis olim inſueto in exteras linguas ſumus affecti ſumme; eam; quæ patrio jure noſtra eſt, & de cujus dialecto, ne dicam principe gloriamur loco, aut negligimus, aut forte aſpernamur. Si huic malo Te Mæcenate, & auſpice occurret Libellus meus, Tibi gratulabor magnopere; non enim tantum Noſochomia, & religioſæ Familiæ, quibus homo ſibi frugaliſſimus, parciſſimuſque perpetuo opitulari non deſinis; ſed quoque literariæ res novis ſtudiis amplificatæ, & in Illyrico adauctæ beneficentiæ Tuæ laudes inclamabunt. Et quidem bene eſt, ut Tuus ille in Chriſtiani nominis incrementa zelus, ob quem a S. Congregatione de Propaganda Fide honorificentiſſimis Epiſtolis pluries Tibi laudes datæ: illa ſeveriſſimorum Tuorum morum religio, ob quam a Turcis ipſis ſanctioris aſſertor vitæ vulgo prædicaris: admirabilis ea in Deum, Superoſque pietas, qua ſacras aras, ac Templa frequentas aſſidue: vetus tandem, ac celeberrima in Terram Sanctam munificentia, ob quam jamdiu Equitis SS. Sepulcri nomen, & inſignia promeruiſti; hujuſmodi acceſſionem habeant; Tuque, ut ab his, ampliſſimaque auctoritate, qua pro noſtra Raguſina Republica in iſto Regno Cypri, univerſaque frueris Syria; ita

quo-

Digitized by Google

quoque à bonis artibus, literiſque *Joanni Garmoglieſio* des immortalitatem. Neſtoreos interim, ſi licet, annos; vel ſaltem diuturnam illam incolumitatem, quam Patria, quam pauperes, quam omnes Tibi apprecantur boni, ego etiam a Deo O. M. enixis votis expoſtulo. Vale.

Dominat. Tuæ Illuſtriſs.

Devinctiſs. addictiſſimuſq.
F. Sebaſtianus Dolci Minorita Raguſinus.

PERIOCHÆ PARAGRAPHORUM.

§. I.

*S*lavi a Turri Babel ſuam paſſim deducunt originem. Cur Italis *Sclavoni*; Græcis *Daæ*? & *Nomades*? Illyrici Solum olim *Dyſrachia*. Æneæ Silvii in antiquæ jactatores originis Sarchaſmus. pag. 2.

§. I I.

Diluvium quo anno mundi contigerit. Ante ipſum una lingua hominibus. Poſt ipſum quot annis. Diviſio linguarum a Turri Babel. Michaël Angelus *Carmeli* laudatur. Quomodo linguarnm confuſio facta ſit, curioſius non inquirendum. pag. 3.

§. I I I.

Sententiæ de primigeniarum linguarum numero variæ. Haud tot, quot creduntur paſſim. Quinque tantum in Europa olim. Unam linguam diverſarum familiarum capitibus fuiſſe, certum. Solvitur obiectio ex S. Scriptura. pag. 4

§. I V.

Inter linguas cardinales Illyrica. Ejuſdem elegantia ex Georgio *Palmotta*. Habet octo diverſas dialectos. Ipſa integris ſexaginta nationibus. Regna quibus hujus linguæ uſus, ex P. *Dellabella*. Item ex *Herbeſteinio*. Ab aurea Caroli IV. bulla commendatur. Obtigit *Japheti* familiæ. pag. 6

§. V.

Lingua Illvrica antiquis *Scythica*, & *Celtoſcythica*. Deficit ipſam litera Q. Illyricum hodiernum antiquitus *Encheleæ*. Avus Illyricorum Cadmus. Cadmeus mons, & Cadmeæ rupes ubinam? Hujus regionis ex Porphyrogenito thema. *Trebigne* olim *Tvardigne*. pag. 9

§. V I.

Cadmus pater *Celti*, *Galli*, & *Illyrii*. Illyrii etymon. Poliphemus Cyclops non niſi Cadmus. Cur Celtoſcythæ *Arimaſpi*? Illyrii genealogia. Maurus *Orbinus* Illyrico-Melitenſis non Malthenſis, Abbas. Ludovicus *Paſcalis* Illyrico-Catharenſis, non Romanus. Illyrica lingua cur *Slavonica*? Conſtituitur probandum, eam in *Japheti* familia *Thiræ*, *Dodanim*, *Riphat*, & *Magog* fuiſſe. pag. 11

§. V I I.

Thiras pater Thracum. Horum lingua Illyrica. Getæ in Thraciam ob linguam eandem traducti. *Parthi* ab Illyrica voce *partti*. Quid Thracibus *Selo*, & *Briegh*. Cur plurium Hiſpanicarum urbium nomen

deſinat in *Briga*. Illyrici accolæ recte *Scythes* ab Horatio appellati. pag. 14.

§. VIII.

Dodanim haud Rhodiorum pater. Neque Gallorum. Rhodani nomen non niſi a Celtoſcythica voce *Rodnò*. Hæc vox quid ſignificet. Gallicum vocabulum *Vau* pronunciatur *Vò*. *Vò* Illyrica, ſive Celtoſcythica vox. pag. 16

§. IX.

Quonam anno mundi natus *Illyrius*. Protrahit ad Liburnos imperium. Nomina Epiri, & Macedoniæ haud primigenia. Epirotæ cur Juſtino *Pelaſgi*? Moloſſi forſan *Milloſci*. Dodona urbs antiquiſſima. Ab ea *Dodonæi*. Hi, qui poſtea Epirotæ, Macedones, Illyrici. Omnes a *Dodanim*. pag. 17

§. X.

Antiquis Dodonæis lingua Illyrica. Forſan *Dodanim*, qui apud Plinium *Dandon Illyricus*. Vox *Dundo* quid Illyricis? *Jacobog* Illyricorum idolum Juppiter Dodonæus. Hiſtoricæ res aſſerunt Epirotis, Macedonibus, & Illyricis eandem linguam. p. 19.

§. XI.

Bylazora Pæoniæ Macedonicæ regio. Illyrica hæc vox quid ſignificet? Quid *Aſpeti* Epirotica. *Uſpeto* Illyricum vocabulum. Macedonibus, & Illyricis ſimilis verborum pronunciatio. Epirotæ, & Macedones nunc dicti *Albaneſii*. Horum lingua ex Græca, & Illyrica. pag. 20

§. XII.

Ubi Epidamnus, ibi Illyris Thucydidi. Ignatius *Georgius* Monachorum Benedictinorum Abbas laudatur. Viginti tres antiquæ Illyridis populi; & hodierna Italica eorundem appellatio. pag. 21

§. XIII.

Vetus Macedonum lingua quandò corrupta. Rex *Tarrytas* literas Græcas iu Epirum invexit. Origo linguæ Epiroticæ par Italicæ. Hæc ex linguis Latina, & Gothica. Illyrica nunquam in Illyrico penitus interiit. Probatur ex Strabone, Polybio, Tito Livio, & Appiano. pag. 22.

§. XIV.

Perperam Ludovicus *Cervarius* ex Latinis Coloniis Latinam linguam aſſerit Illyricis. Plaga Illyrici olim ſpreta. Romanis in ipſa Coloniis jus Latii tantummodo. De Latinæ linguæ infrequentia Ciceronis teſtimonium. Item D. Auguſtini. Hetruſci Latinæ oſores linguæ. Illyrici propriæ ſummi cultores olim. pag. 24

§. XV.

Slaveni Gothorum progenies. Gothi pluries ante ipſos Illyricum inva-

Digitized by Google

vaſere. Strabonis, & D. *Hieronymi* teſtimonia. Nova tantum Dialectus in Illyricum a *Slavenis* inducta. Ex vetuſtiſſimis auctoribus quamplurimæ Illyricæ voces. pag. 25

§. X V I.

Significationem vocum reddere, ſat interpretibus. Hinc vitiata plurima Illyrica nomina. Ex Polybio notitia, non mos Latinæ linguæ Pannonibus. Juſtiniano Illyricum *Upravdæ* nomen. Epidauro ad annum CCCLX. *gentilis* lingua. Nova lingua a nulla natione brevi tempore addiſcitur. pag. 27

§. X V I I.

Sarmatiæ Europeæ termini. Sarmatæ Scythis ſimillimi; ſed ab his non derivant. Scytharum laudes ex Juſtino. Annus quo Sarmatiam invaſerunt. Novum eorundem encomium. Getis, & Sarmatis una lingua ex Ovvidio. Novus teſtis, quod fuerint in Europa linguæ tantum quinque. pag. 28

§. X V I I I.

Moſcovia primas habet in Sarmatia. Ejuſdem limites. Ceteri Sarmatæ ab ea ſibi vindicant originem. Bohemis, & Polonis alia ſententia. *Moſci* ex Iapheti familia. *Moſoch* poſteri a quibus dicantur. pag. 29.

§. X I X.

Moſoch pater Cappadocum, non *Moſcorum*. Ioſephi, & D. *Hieronymi* de hoc ſententiæ. *Mazacha* Cappadocum metropolis ita dicta a *Moſoch*. Moſcorum nomen quanquam vetus; illo tamen *Ruſſacyorum* & Ruſſorum omnino recentius. *Thuani* teſtimonium. Clariſſimi *Mamachii* noviſſimum. pag. 30

§. X X.

Nonnullis Ruſſorum nomen ab urbe *Rhos*. Vox hæc in LXX interpretibus. Aliis idem nomen a *Roſag*, & a *Roſſeja* Illyricis vocibus. Quid utraque, & quid *Roſſa* ſignificet. Ruſſi tamen, qui *Riphaces* Melæ; & derivant a *Riphat* Noachi abnepote. pag. 31

§. X X I.

A *Riphat* nomen *Riphæis* montibus. Cur *Noachi* poſteri montes poſt diluvium accoluerint. Ex illis Arcadiæ *Dodanim* Epirum advenit. Noe cur *Oenotrius*. Moſcis Illyrica lingua. Suadentur, eam fidem ſuſcipere, quam laudat D. *Hieronymus* Illyricus Doctor. pag. 33

§. X X I I.

Magog Getarum parens. Sacræ Scripturæ teſtimonia. Interpretum item. Getarum arma arcus, & ſagittæ. Ab Herodoto *Hippotoxotæ* appellati. *Scandinavia* jure ab Jornande *officina gentium* dicta. Ex illa populi ferme innumeri. pag. 35

Digitized by Google

§. XXIII.

Gothica lingua non niſi Illyrica. Plures *Anglicæ* voces prorſus Illyricæ. *Paſini*, & Cluverii error. *Gothones* commemorati a Tacito haud Gothi. Vvandali, & Vinedi eadem gens. pag. 36

§. XXIV.

Getæ ab Ælio Catone ob unam linguam in *Meſiam* traducti. Huic ſermo Illyricus. Germania antiquitus regio haud ampla. Gothi, Vvandali, & Hunni ex *Blondo* conſanguinei. pag. 39

§. XXV.

Series Vvandalicarum vocum, quæ penitus Illyricæ. pag. 39

§. XXVI.

Exoticarum linguarum voces paſſim vitiatæ. *Canalitæ* Raguſinę ditionis Phęnicibus *akeliin*. Gręcis *Encheleæ*. Gothis Illyricam fuiſſe linguam, eorundem Regum, ac Ducum fatentur nomina. Gothica vox *ovj* in Gallia Narbonenſi olim uſitata, item Illyrica. Marcomannis, & Quadis celebri Lapide hęc ipſa lingua aſſeritur. pag. 41

§. XXVII.

De Cadmi, & Harmoniæ ſepulcro nonnulla. *Cochleæ* in Illyrico maximæ. *Fontanini* error *Salvinum*, & *Menagium* corrigentis. *Strava*, *Sdrava*, *Sdraviza*, & *Sprava* voces Illyricę. Nicolaus *Pripiſalich* primus auctoris Pręceptor. *Jo. Hieronymi Gradonici* Cler. Reg. de una Gothis, & Vvandalis lingua teſtimonium. Poſteri *Magog* exoſi Judęis. pag. 43.

§. XXVIII.

Senati genitivo caſu haud error. Illvricis antiquis literæ loco probri. Anacharſi Scythæ ſola morum philoſophia. *Slavi* a Methodio literas accepere. Ab *Ulphila* Gothi. Horum odium in eaſdem. Illyricorum hiſtoria *Popieuke*, ideſt Carmina. pag. 45

§. XXIX.

Macedones viri fortes ab Illyricis. Hi a Demoſthene, Appiano, & Scymno Chio laudati. Plura celebrium Regum Illyricorum nomina. Virgilius ante Urbem conditam commemorat Illyricos. pag. 46

§. XXX.

Pragenſe Alexandri Magni Diploma dubiæ fidei. Quomodo is regnum diviſerit. Pluribus regnis, provinciis, & urbibus Illyricum nomen. pag. 47

§. XXXI.

Non ultima Illvricorum gloria, quod Sacra peragant lingua Illyrica. Moris hujus hiſtoria. Sixtus V. Pont. Max. ex avuis Illyricis. *Kruſciza*, non *Coſcizza* eorundem patria. pag. 49

Diſ-

§. XXXII.
Diſſertationis epitome. Abbatis Ignatii *Georgii* de laudibus Illyricę linguæ Carmen. Hujus Illyrici Carminis Latina Verſio. pag. 51
§. XXXIII.
Marci Fuſcareni Equitis, & D. Marci Procuratoris noviſſimum perinſigne Opuſ. *Petrus Gradonicus* Jacobi F. in ipſo laudatur. Breve hujus encomium. pag. 64

THEO-

Digitized by Google

THEOLOGORUM ORDINIS APPROBATIO.

JUſſu Reverendiſs. P. F. Bernardini a Terlicio Lectoris Jubilati, & Ciſmontanæ Familæ Ordinis Noſtri Commiſſarii Generalis ſtudioſe legi, & Opus expendi, cui Titulus: *De Illyricæ Linguæ Vetuſtate, & Amplitudine Diſſertatio Hiſtorico - Chronologico - Critica*, auctore A. R. P. F. Sebaſtiano Dolci Raguſino, Concionatore Generali, Lectore Jubilato, Excellentiſs. Noſtræ Raguſinæ Reip. Theologo, olim Miniſtro Provinciali &c. De brevi hoc, at doctiſſimo Opere dicendum arbitror cum Caſſiodoro l. 1. Epiſt. XLV. *parvam machinam gravidam mundo*; tanta ſiquidem rerum copia, & eruditione refertum eſt. Et cum in eo nihil a recta Fide abſonum, nihil offenderim a bonis moribus alienum, Typis perquam dignum cenſeo; ſi ita &c.

Dat. Raguſii ex Conventu D. Franciſci 30. Septembris 1753.

Fr. Honorius Raguſæus S. Theol. Lector Generalis.

OPus, cui Titulus: *De Illyricæ Linguæ Vetuſtate, & Amplitudine Diſſertatio* &c. ab A. R. P. F. Sebaſtiano Dolci a Raguſio Concionatore Generali, Lectore Jubilato &c. elaboratum, juſſu Reverendiſs. P. N. Bernardini a Terlitio Commiſſarii Generalis &c. diligenter evolvens, nihil in eo aut ab Orthodoxa Fide, aut a bonis moribus alienum; plura vero, quæ præclari Auctoris ingenium doctrinam, & eruditionem laudant, adinveni. Quare, ut publici juris fiat, cenſeo digniſſimum; ſi ita &c.

Dat. Raguſii ex Æde S. P. N. Franciſco ſacra Kal. Octob. 1753.

Fr. Leopoldus a Nava S. Theol. Lector Generalis.

Fa-

Facultas Reverendiſs. P.

COMMISSARII GENERALIS.

FR. *Bernardinus a Terlitio Ord. Minorum Regul. Obſerv. S. P. N. Franciſci Lector Jubilatus, & in hac Ciſmontana Familia tam Obſervantium quam Reformatorum, & Conceptioniſtarum Commiſſarius Generalis; nec non Viſitator, & Reformator Apoſtolicus, & Servus.*

Dilecto Nobis in Chriſto R. P. F. Sebaſtiano a Raguſio Noſtræ Obſerv. Provinciæ Raguſii Lectori Jubilato, Concionatori Generali, & Exminiſtro ſalutem, & Seraphicam Benedictionem.

CUm Opus a Te compoſitum, cui Titulus eſt: *De Illyricæ Linguæ vetuſtate, & amplitudine Diſſertatio Hiſtorico-Chronologico-Critica*, a duobus Patribus Theologis, quibus id commiſimus, reviſum, & approbatum fuerit; vigore præſentium facultatem Tibi concedimus, quatenus ſervatis ſervandis illud Typis mandare poſſis.

Dat. Romæ ex Araceli die 27. Octob. 1753.

Locus ✠ Sigilli

Fr. Bernardinus Commiſſarius Generalis.

De Mand. Reverendiſs. in Chr. Patris
F. Franc. Antonius a Mutiliana Secret. Generalis.

Digitized by Google

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approvazione del P. *F. Paolo Tommaſo Manuelli* Inquiſitor Generale del Santo Officio di Venezia nel libro intitolato *de Illyricæ Linguæ vetuſtate, & amplitudine Diſſertatio P. F. Sebaſtiani Dolci a Raguſio Ord. Min. Obſerv. &c.* non v'eſſer coſ'alcuna contro la Santa Fede Cattolica, & parimente per atteſtato del Segretario Noſtro; niente contro Principi, & buoni coſtumi, concediamo Licenza a *Franceſco Storti* Stampator di Venezia, che poſſi eſſere ſtampato, oſſervando gl'ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 20. Gennaro 1753. M. V.

(Gio: Emo Proc. Ref.
(Marco Foſcarini Cav. Proc. Ref.
(Alviſe Mocenigo 4. Cav. Proc. Ref.

Regiſtrato in Libro a carte 37. al num. 263.

Giacomo Zuccato Segr.

Adì primo Feb. 1753. M. V.
Regiſtrato nel Magiſtrato Eccellentiſs. degli Eſsecutori contro la Beſtemia.

Alviſe Legrenzi Segret.

Errata graviora ita Corrigas.

Pag. 32. lin. 26. ditione	diction e
Pag. 39. lin. 14. amplas	ampla
Pag. 52. V. 23. Kilikovati	Klikovati.

DE ILLYRICÆ LINGUÆ VETUSTATE, ET AMPLITUDINE.

DISSERTATIO.

F. SEBASTIANUS DOLCI
Raguſinus.

JOANNI BRUNACCIO
S. P. D.

NOvi tandem V. C., antiquarum rerum ſtudium recte abs Te *delicias* appellari: & quo ſcias, me ob eandem cauſſam proximis his diebus in *deliciis* fuiſſe, tranſmitto ad Te qualemcumque hanc meam Diſſertationem. Do, quam habui, ejuſdem elucubrandæ occaſionem: *Stephanus Roſa*, vir Illyricarum rerum ſtudioſiſſimus, poſt oblatam Summo Pontifici Illyricam ſuam Novi Teſtamenti Verſionem, Roma Raguſium rediens, nun-

Digitized by Google

cium nobis attulit ſane perjucundum; Opus Chronologico-Geographico-Hiſtoricum *de Originibus Slavicis* fuiſſe *ab Joanne Chriſtophoro de Jordan* anno MDCCXLV. typis Gregorii Hurtsbok Vindobonæ evulgatum. Datum hinc, & mihi, & aliis differendi, diſputandique pulcherrimum argumentum; non enim *aut odio ſermonis patrii*, *aut ejus tenemur faſtidio*; quod apud Curtium l. VI. Philotæ Macedoni jure obiecit Alexander. Statui itaque ſententiam, quam interim ego dixi, non ſolum ſcripto tradere; ſed etiam ad Te, vel ad limam, vel ad incudem revocandam, ammandare. Scio quidem quam difficilem provinciam ſuſcipiam; at cum nemo unquam mortalium tot patriæ ſuæ debeat gratias, quot ipſe meæ; æquum eſt, ut ſaltem linguæ ejus aliquam advocationem præſtem, ſi nequeo ceteris ipſius commodis quidpiam prodeſſe. In Aulo Albino damnavit Cato, Cornelio Nepote teſte, quod *maluerit deprecari culpam*, *quam culpa vacare*: idem Tu damnes in me (ſiquidem meam culpam jam deprecor): ſat, me bonum civem, indoctum quamquam appelles ſcriptorem. Neque in commoda iſtius celeberrimæ *Patavinæ* Eccleſiæ, cujus inſudas Annalibus juſſu Eminentiſſimi Principis *Caroli Rezzonici* ejuſdem Epiſcopi, peccabo nimis; morabor enim Te *exiguo tempore*, ut Horatius olim ait, *ſermone meo*. Quod ſi vel peccavero, facile ignoſcet Princeps humaniſſimus, nulli ſecundus tum eruditione, cum pietate; quin quum Illyricam gentem ſuis foveat apud S. Sedem auſpiciis, gaudebit fortaſſe, ut ejuſdem gentis vetuſtatem, & amplitudinem, Te referente, intelliget fuiſſe a me comprobatam.

§. I.

Sed vetus, ſeveruſque poeta jam mihi Æneæ Silvii Piccolominei, Pii II. Summi Pontificis, ex cap. I. Bohemicæ Hiſtoriæ verba inſuſſurras: *Bohemi non ſecus ac ceteri mortalium vetuſtiſſimam oſtendere conantes originem, Sclavorum ſe prolem aſſerunt; Sclavos vero inter eos fuiſſe, qui poſt univer-*

ſale

ſule diluvium condendæ famoſiſſimæ turris Babel authores habentur. Ea, qua *Sclavoni* ab Italis, *Eſclavones* vocamur a Gallis, injuria eſt admodum obſoleta. Græci etiam ut barbaros Romanos ipſos, ita nos nunc *Nomades*, hoc eſt paſtores; nunc aut vinolentos, aut famelicos ex invidia nuncupavere. Ipſa regio noſtra, cui quidem ex naturali petroſitate nil criminis, fuit olim ab eis *Diſrachia* dicta. Audias Ludovicum Cælium Rhodiginum Tom. II. lectionum antiq. l. XI. c. XXIV. *Rhachia autem dicitur petroſus locus, præcipue littus. Hinc & Dyrrachio conciliatum nomen ob inſulæ aſperitatem, ſicut & Illyrici regio Dyſrachia nuncupabatur quandoque*. Quin Strabone teſte l. VII. ideo ab eiſdem Græcis in comœdiam inductus ſervus ſub *Davi* vocabulo; quia Daci, Illyricæ linguæ homines, vulgo quoque *Daæ* appellabantur. Videſne, ut mihi etiam probra in deliciis, ſi venerandæ, & quę Tibi adeo cara eſt, antiquitatis nigreſcunt fumo? At cum eodem Ænea ſubdis: *Si qui Bohemos imitari velint nobilitatem generis ex ipſa vetuſtate quærentes, non ex turri Babylonica, ſed ex arca Noe, & ex ipſo utero Ævæ; deliciarum Paradiſo, primiſque parentibus, unde omnes exorſi, facile ſibi principia vindicabunt*. Miſeros omnes Illuſtriſſimos viros; nam velint, nolint, ego ipſis ob hanc cauſſam conſanguineus! Doleo mehercle ipſorum vicem, mihi enim plebeja familia, non ſecus ac illi, de quo hæc Sat. x. Juvenalis.

Hunc pater ardentis maſſæ fuligine lippus
A carbone, & forcipibus, gladioſque parante
Incude, & luteo vulcano ad Rethora miſit.

§. II.

Quorſum tamen iſta? Non de generis, ſed de idiomatis antiquitate mei diſputationem inſtituo; omnium vero linguarum origo, ſi primævam, (quæcumque ea fuerit) excipias, a turri Babylonica eſt repetenda. Enim vero ante

diluvium, quod anno Mundi MDCXCVI, & contigit ante Chriſtum natum 2397; imo & poſt diluvium annis 253. omnes homines una tantum lingua uſi ſunt, ut cap. XI. Geneſeos v. 6. edocemur: *Ecce unus eſt populus, & unum labium omnibus*. Diviſionem idiomatum dein natam eſſe, ſcimus ex v. 7; ibi enim legimus: *Dividamus igitur, & confundamus linguam ipſorum, ut non audiat unuſquiſque vocem proximi ſui*. Meum, ac Tuum, imo verius noſtrum P. Michaëlem Angelum *Carmeli* in iſto Patavino Archigymnaſio linguarum Orientalium Profeſſorem audivi ter de hac diviſione publice diſſerentem; & quidem (ut ipſe ſemper ſolet) eruditiſſime. Ni me fallit memoria, Buxtorphii ſententia uſus eſt, inquiens: *Non eſt cur ſubtilius, & curioſius queramus quomodo facta ſit hæc confuſio, factam eſſe certum eſt*. Quandoquidem, ut ait Pexenfelder in Floro Biblico Narratione VIII. *Non graſſatus eſt fulmine Deus, non ignibus pœnam inflixit, ſed acerbiſſimum ſuperbis ſupplicium, contemtum: idioma unum in ſeptuaginta duo diviſum animorum quoque diſcordiam invexit, & machinatores longe, lateque diſſipavit*.

§. III.

In lucum ligna feram, ſi Tibi homini tam erudito dixerim, Scriptorem hunc Græcis Scriptoribus, & ſuæ inclytæ Societatis viro Cornelio a Lapide adſtipulari, quum aſſerit, duas ſupra ſeptuaginta linguas tunc eſſe exortas. Nihil incertius numero hujuſmodi. Primum humani generis idioma in ſeptuaginta idiomata ſecant Hebræi; Ephorus, & alii, quos refert l. I. Stromatum Clemens Alexandrinus, in ſeptuaginta quinque; ac tandem D. Auguſtinus l. XVI. de Civit. Dei c. VI. in duo ſupra ſeptuaginta. Moderniores vero Critici inquiunt, Deum O. M. conſtituiſſe, primævam illam ita perturbare linguam, ut inceptum opus Babelicæ turris intermitteretur; ſatis autem ad id fuiſſe, linguas eas, quæ matrices, cardinaleſque vocitantur, inter

Digitized by Google

ter præcipuos ejuſdem turris auctores rite diſpertiri. Et quidem eos., qui ajunt, tot linguas tunc pullulaviſſe, quot familiarum capita numerantur in Geneſi, omni prorſus vel probabili ratione quis non videt deſtitutos? Omittam, *Cainan* Arphaxadi filium, qui nec in Hebræo textu, nec in noſtra Vulgata habetur, eſſe ab hoc cenſu expungendum. Expungendos item treſdecim filios *Jectan*, quia nondum natos; ut docte probat Natalis Alexander Tom. I. Differt. V. Prop. II. num. VII. Id unum conſtituo, diverſarum familiarum capitibus unius fuiſſe ſermonis uſum; adeoque, ſi in ceteris nigrotheta, in hoc albis obſignandum lapillis eſſe Thomam *Hyde*, qui in notis ad *Mundi Itinera*, ſive ad Coſmographiam Abrahami *Peritſol* editam Oxonii e Theatro Scheldoniano anno MDCXCI, quinque tantum linguas Japheti obtigiſſe familiæ, indubius affirmat. Etiam Natalis Alexander loco jam citato; Bochartus in Phaleg l. I. cap. XV, & Waltonus Prolog. I. de linguarum natura, & origine diſſerte docent, pleroſque filios *Chanaan* in lingua conſenſiſſe Chananæa; in Græca *Javan*, & *Eliſam*; in Ægyptiaca *Miſraim*, & *Pathraſim* incolas Thebaidis; in Aramæa, ſive Syriaca *Aram*, & *Hus*; ac tandem *Jectaneos* fere omnes, & filios *Chus* in Arabica. Neque quidquam difficultatis faceſſunt ea verba Geneſeos c. X. v. IX. *Ab his diviſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis, unuſquiſque ſecundum linguam ſuam, & familias ſuas in nationibus ſuis*. Item illa quæ V. XX. de filiis *Chami* leguntur: *Hi ſunt filii Cham in cognationibus, & linguis, & generationibus, terriſque, & gentibus ſuis*. Et tandem hæc V. XXXVII.: *Iſti filii Sem: ſecundum cognationes, & linguas, & regiones in gentibus ſuis*. Verum enim vero legimus quoque apud Plinium l. VI. c. V. in urbe Dioſcuria, celebri Colchorum emporio, per centum, & viginti interpretes agi negotia conſueviſſe; & regem Ponti Mithridatem tot linguis ſine interprete loquutum eſse, quot populis præerat, nempe tribus ſupra viginti. At nemo ita bardus, ut aſserat Mithridati viginti tria prorſus diverſa idio-

ma-

Digitized by Google

mata; & in una urbe centum, & viginti abſimiles fuiſſe linguas affirmet. Uterque numerus haud tot diverſa idiomata, verum tot innuit diverſas dialectos; & varios una vel pluribus linguis loquendi modos; quorum qui bene noverit unum, norit quoque & alterum facillime. Id in Carnis, Bulgaris, Bohemis, Polonis, Dalmatis; quibus una eademque lingua, videlicet Illyrica; aſt efferendarum vocum diverſa omnino ratio, manifeſtum. Sed nihil in hanc rem textu Eſther opportunius. Hæc ibi c. VIII. v. IX. recitantur: *Scriptæ ſunt epiſtolæ ad Judæos, & ad principes procuratoreſque, & judices, qui centum viginti ſeptem provinciis ab India uſque ad Æthiopiam præſidebant; provinciæ, atque provinciæ; populo, & populo juxta linguas, & literas ſuas*. Porro nemo prudens colliget ex his, in Aſſueri regno, atque imperio tot diverſos fuiſſe ſcribendi modos, totque linguas, quot erant provinciæ. Verba illa *juxta linguas, & literas ſuas* rite, & recte explicantur, ſi dicas, de aliquibus populis, non autem de ſingulis id eſſe intelligendum.

§. I V.

At ſi incertus linguarum primigeniarum numerus; certum tamen, etiamnum earum aliquas ſupereſſe, quas matrices, atque cardinales jure optimo vocitamus. Duodecim eas eſſe mordicus noviſſime ſuſtinuit Richardus *Yate* in celebri Diſſertatione contra Doctorem *Arret*; at *Paſinus* noſter (ex quo apud vos ſacras Conciones habui anno MDCCXLIV. Patavinæ Diœceſis homines ſemper appello meos) in Polemica Diſſertatione de præcipuis Sacrorum Bibliorum Verſionibus, & linguis pag. VII; Cornelius a Lapide in cap. XI. Geneſeos v. II., & alii Scriptores paſſim ſeptem tantum enumerant; atque inter has noſtram *Illyricam*. Et quidem ſi cui linguæ honor iſte adhuc ſub judice, Illyricæ nequaquam omnium eruditorum virorum conſtantiſſima conſeſſione. *Georgius Palmotta* Raguſinus Patricius, in Præfatione inſignis Illyricæ

Chri-

Chriſtiad. Junii Palmottæ, Franciſcum Cardinalem Barberinum ita alloquitur hujuſmodi laudans idioma: *Uſus linguæ Illyricæ omnium, quibus Chriſti nomen invocatur, & colitur, latiſſime patet; atque illa populares ſuos adeo ſibi addictos habet, ut præcipua quadam animi inductione exteras omnes aſpernentur; ut inde vel maxime profectum exiſtimem, quod his unis inter ceteras Europæ gentes uti fas eſt proprio ſermone cum in ſcribendis, legendiſque ſacris literis, tum in ſacrificiis, ceteriſque Divinis Officiis obeundis. Adde quod imprimis elegans eſt, & copioſa, priſciſque & a vulgo remotis vocibus frequens; itemque loquendi formulis ad grandem, & magnificam orationem mirifice factis; & quod raro in aliis reperias, caſus ſuorum nominum nulla ope articulorum, ſed ipſius dictionis inflexione diſtinguit; ipſaque nomina in omnia tria genera diſtributa habet; quæ res, ſi doctiſſimo Bembo credimus, idiomatis imprimis docti, & eruditi, & minime vulgaris indicium eſt*. Eandem linguam *octo abſimiles complecti dialectos* teſtatur Leibnitius in Miſcellaneis Berolinenſibus Tom. I.; quin ejus uſum eſſe *integris ſexaginta nationibus*, aſſerit Geſnerus in Mithrid. c. II. pag. XXXII. Majorem ſane Europæ obtinet partem; complectitur quippe, ut P. Dellabella Soc. J. in Præfatione ſui Onomaſtici noviſſime ait, *Iſtriam*, *Liburniam*, *Dalmatiam*, *Carinthiam*, *Carnioliam*, *Styriam*, *Croatiam*, *Moraviam*, *Bohemiam*, *Boſniam*, *Serviam*, *Bulgariam*, *inferiorem Pannoniam*, *Raſſiam*, *Tranſilvaniam*, *Valachiam*, *Ruſſiam*, *Moſcoviam*, *Podoliam*, *Poloniam*, *Lithuaniam*, *neque unam Thraciæ provinciam*. Cardinalis quoque Bona l. I. c. IX. n. IV. affirmat, nonnullis Ponticis nationibus, quibuſdam Chriſtianis Tartaris circa Tauricam Cherſoneſum, Circaſſiſque hujus eſse idiomatis conſuetudinem. Audiamus & Sigiſmundum Herbeſteinium in ſuis Moſcoviticis Annalibus Hi mihi Italice Venetiis redditi Anno MDL; atque hæc pag. II. in ipſis lego: *Certamente la lingua Slavonica, la quale a' tempi noſtri con vocabolo alquanto corrotto Sclavonica è chiamata, in molti paeſi largamente ſi diſtende: perciocchè li*

Digitized by Google

Dalmatini, *Boſneſi*, *Chioatii*, *Iſtriani*, *& tutti gli habitatori appreſſo del mare Adriatico con longo ſpazio ſino al Frivole; i Carni, i quali da Veneziani Charſi ſono chiamati: ſimilmente Carniolani, Carinthii ſino al fiume Dravo, i Stirii ſino al Danubio, i Myſii, i Servi, i Bulgari, & altri habitatori inſino a Coſtantinopoli uſano la lingua Schiava. Oltre di queſto i Bohemi, Luſazii, Sileſii, Moravii, & gli habitanti preſſo il fiume Vagro nel Regno dell'Hongaria; ſimilmente i Poloni, e li Rutheni popoli di grande imperio, i Circaſſi, & finalmente que' popoli, quali già furono gli avvanzamenti di Wandali, & hora habitano per la Germania riſuſamente di là dall'Albim alla parte di Settentrione uſano queſta lingua Slavonica*. Obliviſcar referre, niſi hoc loci referam; ubi nos de titulo Çrucis legimus *Latine*, legi ab Armenis in vetuſtiſſimis Codicibus *Talmadieren*, ideſt *Dalmatice*; ita prorſus: *դալմատերէն*: adeo vel inter Armeniæ gentes Illyrici idiomatis nota amplitudo. Merito itaque in celebri illo Caroli IV. Diplomate, quod aureum vocant, præſcriptum eſt Romani Imperii Electoribus; ut ſeptennes filios præter Italicam, Latinamque doceant etiam linguam Illyricam; quiſquis enim videt, eam utilem apprime, opportunamque eſse Principi Romanum Imperium poſſidenti. Ceterum ipſam extendi adeo, nil mirum; quandoquidem obtigit *Japheti* familiæ, cui datam in jus fuiſse Europam totam, probe ſcimus. Quin neque Europa tantum ipſi conceſsa. Enimvero *Noachus*, in diviſione *Orbis* poſt diluvium peracta, *Semo* Aſiam ultra Euphratem uſque ad Indicum Oceanum; *Chamo* Syriam cum Arabia, & Africa; *Japheto* reliquam Aſiæ partem cis Euphratem una cum Europa adtribuit, ut docte demonſtrat Bochartus in Phaleg. Inſuper *Japheti* poſteritas ſumme amplificata eſt ob eam *Noachi* benedictionem cap. IX. Geneſeos: *Dilatet Deus Japhet, & habitet in tabernaculis Sem; ſitque Cham ſervus ejus.*

§. V.

Digitized by Google

§. V.

Linguam vero hanc eam omnino eſſe, quam Strabo, Juſtinus, aliique auctores paſſim antiquiſſimam dicunt; & nunc *Scythicam*, nunc *Celtoſcythicam* appellant, a nemine, ut reor, poteſt dubitari. Siquidem hęc habet Strabo l. II. *Veteres Græcorum Scriptores univerſas gentes ſeptemtrionales Scytharum, & Celtoſcytharum nomine affecerunt. Iis autem antiquiores ita diviſerunt eas, ut qui ſupra Euxinum, Iſtrum, & Adriam, eos omnes Hyperboreos, Sauromatas, & Arimaſpos appellarent; qui trans mare Caſpium Sacas alios, alios Meſſagetas vocarunt*. Olim ergo *Celtoſcythæ*, qui nunc *Illyrici*; & ne quis id inficiat, audiat Cluverium, qui lib. II. cap. v. n. II. clare aſſerit: *Celtarum gentem poſt terrarum inundationem non tantum Illyricum, ſed Hiſpaniam, Galliam, Britannicas inſulas, & Germaniam obſediſſe*. Sabinorum linguam ſimillimam Celtoſcythicæ æſtimant nonnulli ea ducti conjectura, quod utramque deficiat litera Q., & quidem me vade Illyricos deficit; teſte autem M. Porcio Catone lib. de origine Romanæ Urbis pariter Sabinos deficiebat. *Sabini* (inquit ipſe) *haſtam Curim, & Junonem Curitim, quaſi haſtatam, vocabant; neque enim erat illis litera Q. Hinc Quirites*. Quidquid tamen de hoc; nemini ſatius, quam Scythis *ſupra Adriam* (ut ait Strabo) poſitis inditum Celtoſcytharum nomen: hi enim poſtmodum Illyrici ab *Illyrio* dicti ſunt; *Illyrii* vero fuere fratres *Celtus*, & *Gallus* tum ex Euſtathio, cum ex Appiano. *Cadmus* eorum pater. Id ut oſtendam, primum adnoto cum Joanne Lucio l. I. de Dalmatiæ Regno c. III: *Encheleas eſſe antiquum nomen obſoletum regionis ejuſdem, quam Plinius, & Mela Illyricum proprium vocant*. Quin in ipſiſmet Plinio, & Mela Enchelearum nomen. Hæc Plinius l. III. c. XXI: *Arſiæ gens Liburnorum jungitur uſque ad flumen Titium. Pars ejus fuere Mentores, Himavi, Encheleæ, Dudini*. Me-

la vero l. II. cap. X. accolas Adriæ ita dinumerat: *Parthini, Edeſſeretæ prima ejus tenent; ſequentia paulatim Encheleæ, Pheaces.* Atque ita poſitis in Illyrico Encheleis; facile jam eſt, Cadmi adventum in eorundem indicare regionem. Habemus ſiquidem ex Herodoto l. v. cap. VI: *Cadmei ejecti ab Argivis ad Encheleas ſe contulerunt.* Ex Apollodoro l. III: *Illyriis imperat Cadmus, & Illyrius filius ei naſcitur.* Ex Scymno Chio: *ſuperque Phrigos Encheleï ſunt ſiti, queis imperaſſe Cadmus olim dicitur.* Tandem ex Strabone l. VII: *Imperium Cadmi nepotes ad Enchelias tenuere; quæque de illis fabuloſa narrantur, iis in locis oſtenduntur.* At quænam loca hæc? Audiatur Porphyrogenitus cap. XXXIV. de adminiſtrando Imperio, Luca Holſtenio interprete: *A Narone ad fluvium Harionem diei navigatio eſt. Poſt Harionem fluvium dimidii diei curſu Cadmæ, & Hamenia ſaxa ſunt.* Fateor, ſuſpectam mihi eſſe hanc Holſtenii verſionem; horum enim prædicto Capite nec unum quidem verbum in Anſelmo *Bandurio*, qui Concivis meus, & noviſſimus ejuſdem Porphyrogeniti interpres. Cum tamen primus innuat clariſſime Raguſinorum *Canalium* regionem; in qua quidem tum Cadmeus mons, Illyrice *Sniexniza*; cum Hameniæ, ſive Harmoniæ ſaxa, nobis *Stiene Konavoſke*; & alter eorundem *Canalium* ibidem thema conſtituat; non eſt, cur ad id omnino loci totam Cadmi fabulam non referamus. Hæc laudatus Bandurius: *Terbuniæ principes ſemper Serviæ principi parebant; & regio ipſa lingua Sclavorum locum munitum ſignificat; quandoquidem multæ in ea munitiones ſunt: eſtque ſub ea alia adhuc regio, quæ Canale appellatur. Canale vero viam plauſtri Sclavorum idiomate ſignificat; nam propter loci planitiem ſervitutes omnes plauſtris præſtant.* Ex his coniicio Tribunienſem urbem, quæ nunc ſub Turcarum ditione, Illyrice *Tvardigne*, non *Trebigne* fuiſſe olim appellatam: quod vero ad etymon *Canalium* ſpectat, jam plauſtra Slavonico idiomate *Kolla*, unde *Konavli*, vocitamus.

§. VI.

Cadmus itaque *Illyrii* pater, a quo & linguæ, & regioni noſtræ impræſentiarum nomen. Neque quis forte obiiciat, eundem *Illyrium* ab Appiano l. de Bello Illyrico pag. 1. *Poliphemi*, & *Galatheæ*; a Beroſo vero in ſuis Antiquitatibus *Iſtri* filium appellari. Beroſus quidem ad ipſum *Illyrii* etymon, quod ex Simone Pollentier in Celtarum hiſtoria, vel *ſubmerſum*, vel *elementum*, vel *advenam* ſignificat, mentem applicuit. Appianus autem ultro fatetur, *non unam hoc loci fabulam ſolere referri*. Facile tamen commenta omnia ſuis fucis exuere. Servius nobis auctor Poliphemum Cyclopem, & habentem unum tantum in fronte oculum fingi, quia prudentiſſimum, ſcientiſſimumque. Et de Cadmo hæc Huetius p. I. de Demonſtr. Evangelic. cap. VII. Propoſ. IV. n. 11: *Cadmus juxta nonnullos Ægyptius Thebæus, juxta plures, & pene omnes Phœnix, cum eſſet Moſi æqualis, & a Joſua una cum aliis Phœnicibus patria pulſus veniſſet in Græciam, ejus incolas rudes, & barbaros ad meliorem cultum traduxit, in urbes coegit, literis imbuit, & doctrina*. En in Poliphemo monoculo prototypam Cadmi imaginem; quanquam eandem fabulam denudent etiam *Arimaſpi*; ſive Scythæ *Euxinum*, *Iſtrum*, & *Adriam* accolentes; ut ſuperius ex Strabone oſtendimus. Hos Æſchylus *Marte furentes*, & *monoculum exercitum* dixit; nam, ut ſcribit Euſtathius in Dionyſio Bernardo Bertrando interprete pag. XXXVI., *cum peritiſſimi jaculandi eſſent, claudebant alterum oculum, ut dextro jaculari poſſent; quibus propter frequentem ab ineunte ætate exercitationem, ut veteres ſcribunt, brevi etiam temporis ſpatio alter oculus contrahebatur*. Rurſus; cum Poliphemus in Illyricum aufugiſſe referatur, nihil ejuſmodi fuga Cadmo accomodatius, qui Ægyptio Danao in Græciam appellente (vi, aut ſponte profugus) Epirum perrexit; & Enchelearum dein obtenta regione, ibi (ut jam diximus),

242

Illyrium genuit; patrem quidem (teſte Appiano) filiorum Autharii, Achillis, Dardani, Medi, Taulantii, & Parœbi; filiarum vero Parthæ, Daortæ, & Dafferæ: avum tandem Pannonii, Scordiſci, & Triballi. Ex his Pannonii, Achillei, Autharii, Dardani, Medi, Taulantii, Parœbii, Scordiſci, Triballi, Parthini, Deſſarethæ, Darſini, nec non ceteri Illyrici populi, quos Maurus Orbinus Concivis meus, Raguſino-Melitenſium Monachorum Abbas, late refert lib. de Slavorum origine. Virum hunc in Anglico Chamberiano Dictionario *Maltenſem Abbatem* video nuncupatum; ſiquidem haud ſatis, ut D. *Paulus naufragus* Melitæ rapiatur Illyricæ; niſi quoque inſignis hic ejus Scriptor Africanis Maltenſibus in cenſum detur. Antiquiſſimæ *Aſcrivii* Urbi, quæ Raguſinæ ditioni quam proxima, & ab Illyricis *Kótor*, ab Italis *Cattaro* appellari conſuevit; eandem video in poſtrema illuſtrium Latinorum Poetarum Collectione injuriam irrogatam. *Ludovicus Paſcalis* Catharenſis adeo, ut nihil magis ſuis canat Carminibus, quam Venetarum Claſſium expeditiones, Præfectoſque; *Burgum* Catharenſem fluvium; Clementem de *Ragnina*, & Joannem de *Bona*, doctiſſimos Raguſinos Patricios, *Bizantios*, & *Bucchios*, quorum ſuperſunt adhuc in ea Civitate Illuſtriſſimæ familiæ; ut ejuſdem etiam *Ludovici* ſupereſt; unum enim ex abnepotibus ſuis, optimæ ſpei adoleſcentem (item *Ludovicum* de nomine) probe novi: nihilominus a Doctore N. N. (quem honoris cauſſa non nomino) Vir iſte lingua Illyricus, natione Dalmata, patria Aſcrivienſis Romanus civis appellatur. Sed ad rem noſtram. Porro aliud quoque etymon, videlicet *Slavorum*, poſtmodum indepti ſumus. Hoc etymon derivant quidam a flumine *Slovenſka*; & alii a peculiari quadam Illyricis indita verborum pronunciatione; verbum quippe Moſcovitice *Slovvo*: ceteri tandem a gloria ubique armis comparata; gloria namque Illyrice *Slawa*. Ne diutius in hoc immorer, audiatur Joannes Dubravius l. 1. de Regno Bohemiæ: *Placuit deinde, vicitque apud illas gentes Slovanorum vocabulum ex commer-*

mer-

Digitized by Google

mercio unius linguæ natum. Id enim Slowo apud Sarmatas, quod verbum apud Latinos perſonat. Quoniam igitur omnes Sarmatarum nationes late jam tunc, longeque per Regna, & Provincias ſparſæ unum tamen eumdemque ſermonem, atque eadem propemodum verba ſonarent, ſe uno etiam cognomine Slovanos appellabant. Ab ipſa præterea gloria, quæ apud illos Slavva dicitur, Slavitni dicti. Et quidem vetuſtis Illyricis hoc jactantiæ vitium perſamiliare. Hac de cauſſa *Harlos*, *& Varlos* corrupte *Herulos*, & *Uverulos*; illos ab Illyrico pernicitatis, hos a ſtrenuitatis vocabulo ita dictos, paſſim reperimus. Sed ad ſummam difficultatis arcem jam perventum; expedienda ſiquidem ea quæſtio, de qua hæc Leonicus Calcondila l. III. de rebus Turcicis pagin. CCXXXVIII: *Sarmatarum lingua ſimilis eſt Illyriorum Jonium ad Venetos uſque accolentium. Utri autem horum vetuſtatis prærogativa gaudeant, & utri alterorum regionem teneant; an videlicet, Illyrici in iſtam Europæ partem recedentes Poloniam, & Sarmatiam incoluerint; aut an Sarmatæ ad hæc Iſtri loca adeuntes Myſiam, & Triballorum, Illyricorumque regionem, qua verſus Jonium patet uſque ad Venetos, inhabitaverint; neque quemquam audivi Veterum commemorantem; nec ipſe poſſum ea quam veriſſime explicare*. Ipſe etiam eodem in periculo, atque alea eſſem, niſi abunde ſuperius ex Vvaltono, Bocharto, & Alexandro demonſtraſſem, unam eandemque linguam diverſis familiarum capitibus in primævi confuſione idiomatis obtigiſſe. Sed cum obtigerit; non eſt equidem, cur aut Sarmatas ab Illyricis, aut Illyricos a Sarmatis deducamus. Quin cum ex vetuſtiſſimis monumentis compertum habeam, Thracibus quoque, & Getis perpetuum, firmumque fuiſſe noſtræ linguæ commercium; & *Thiras* Thracum pater, *Magog* parens Getarum fuerit; uti *Riphat* Sarmatarum, & *Dodanim* Illyricorum; novam ſane, ſed quæ inconcuſſe a me comprobabitur, ſententiam ſtatuo; nempe, ipſis ſaltem quatuor inter *Japheti* poſteros *Scythicum*, vel *Celtoſcythicum*, aut (quod idem eſt) *Illy-*

Illyricum (diverſis tamen ſejunctum dialectis) Deum O. M. indidiſſe idioma. A *Thira* exordium dicendi ſumo.

§ VII.

Et quidem hunc parentem Thracum fuiſſe, vel ipſi aſſerunt Chaldæi; ut videre eſt apud Beroſum, qui mihi anno MDCLVI. procuſus Baſileæ. Ejuſdem ſententiæ Jonathanem eſſe (qui vetuſtiſſimus Hieroſolimitanus interpres) teſtatur Natalis Alexander Tom. I. Diſsert. x. Art. IV. Et ne Vincentium Pribevium, Maurum Orbinum, & pene omnes Illyricarum rerum Scriptores ego nominem; id a Joſepho l. I. Antiquit. C. VII.; ab Euſebio in Chronico; ab Euſthatio Antiocheno in Examaeron; a S. Epiphanio l. I. adverſus Hæreſes; a D. Hieronymo in Traditionibus Hebraicis; & demum literis proditum eſt ab Iſidoro Hiſpalenſi l. IX. Originum n. x. Suadet ipſa vox (ut ſcite ſubdit laudatus Alexander); nam ſi Alphabetum inſpicias, quod Grçci accepere a Phçnicibus, cum in eo litera *x* literç *ſ* occupet locum, jam *Thrax* idem quod *Thiras*. Quin apud Thracas vicinoſque populos multa adhuc hujus nominis veſtigia; quæ (cum in eodem Alexandro facile videri poſſint) haud exſcribo. Quod vero ad *Thiræ* linguam attinet; eam fuiſse Illyricam; ſive (ut diximus) Scythicam, aut Celtoſcythicam; adeo certum, ut ab hoc uno ex Japheti poſteris ſemet prognatos eſse, dicant Illyrici. Utque Thracibus hujuſmodi aſſeramus idioma; certis urgemur, hiſque antiquiſſimis, monumentis. Hæc Strabo l. VII: *Ceterum idem Dacorum, & Getarum ſermo eſt. Getæ vero Græcis notiores ſunt, quia frequentius ad utramque Iſtri ripam migrant. Accedit, quod Myſis, & Thracibus immixti verſantur.* Et rurſus. *Noſtris item annis Ælius Cato ex tranſiſtrana regione quinquaginta Getarum millia in Thraciam habitatura traduxit. Quæ gens eadem, qua Thraces, utitur lingua. Qui hac etiam ætate ibidem habitant, Myſique vocitantur.* Invictis prorſus argumentis ſuo lo-

Digitized by Google

loco aſſeram univerſis Getis linguam noſtram; at ne quiſpiam interim id inficiat, audiat Juſtinum initio l. xli. hęc dicentem: *Parthi, penes quos velut diviſione Orbis cùm Romanis facta nunc Orientis imperium eſt, Scytharum exules fuerunt. Hoc etiam ipſorum vocabulo manifeſtatur. Nam Scythico ſermone Parthi exules dicuntur.* Quod ipſe Scythicum vocabulum appellat, quiſquis Illyrici ſermonis eſt, dicet Illyricum; nam quod Latinis *vaſa collige*, id nobis *partti;* voce ejecto exulique homini accomodariſſima. Jam vero ſi immixti Thracibus verſabantur Getæ; & utrique genti una lingua; utramque Illyrice loquutam eſſe, manifeſtum. Sed quid hæc tam longo repetita principio? Iterum dentur Straboni aures: *Bria Thracico ſermone Civitas, Selyos Oppidum appellatur.* Vocabulum *Selyos* Illyricum adeo, ut ipſo nos Dalmatæ tum ſingulari, cum plurali utamur numero; tam enim *Selo*, quam *Sella* pronunciamus. Quo ad vocem *Bria*; male ex hoc Strabonis loco adnotat Calepinus, Thracicis urbibus hanc ſemper fuiſſe terminationem; quippe non *Meſembriam*, ſed *Meſembriegh*; nec Selymbriam, ſed *Selymbriegh* efferebant Thraces: mirum autem nihil, ſi Strabo Græcus auctor eaſdem voces Græca extulit deſitione. Ceterum etiam *Briegh* Illyrica vox, æditius quodcumque ſolum ſignificans, urbibuſque ædito plerumque conſtructis loco apprime accomodata. Poſt Celtarum primum, deinde Gothorum in Hiſpaniam immigrationem, ideo pleriſque Civitatibus terminatio in *Briga*; ceu *Mirobriga*, *Segobriga*, *Flaviobriga* &c. Joannes Mariana in Hiſtoria Hiſpan. l. I. cap. VII. cauſſam hujuſmodi terminationis inveſtigans, hæc habet: *Verius eſſe puto Germanorum nationem prole fœcundiſſimam aliquando ſe in Hiſpaniam primis illis temporibus infudiſſe, atque a Burgis, quæ vox oppidum ipſorum lingua ſignificat, obtinuiſſe, ut urbes in Hiſpania facili literarum permutatione dicerentur Brigæ.* At propinquior terminationi huic Thracica, & Illyrica vox *Briegh* Germanorum *Burgo*; quanquam facilis auctori huic ſit venia concedenda; præbuit enim aures Germanicarum re-

rum

rum Scriptoribus, quibus nihil familiarius, quam propriæ linguæ, & genti Gothos accenſere. Atque hæc de Thracibus ſatis. Cum de Getis, quorum certiſſima Gothi ſoboles, agemus; dabimus cetera. Id unum addo; ſcite, & docte Horatium *Scythas* Illyricos (quibus Myſi, & Thraces a tergo) appellaviſſe; Scythicum enim his omnibus omnino idioma. Hæc ipſe Od. II. l. II.

Quid bellicoſus Cantaber, & Scythes,
Hirpine Quinti, cogitet, Adria
Diviſus obiecto, remittas
Quærere; nec trepides.....

§. VIII.

Ut *Thiras* Thracum, ita *Dodanim* Illyricorum pater: Non ignoro quidem Rhodiorum eum parentem dici ab nonnullis; ab iis præſertim, quibus ea conjectura placet (quanquam Vulgatæ non modicam vim faciat) facili immutatione potuiſſe *Rhodanim* in *Dodanim*, & *Reſch* in *Dalet* (maxime cum literæ hæ ſimillimæ ſint) immigrare. Sed Moſis ætate Rhodi nomen recentius. Præterea (ut recte Bochartus, & Natalis Alexander inquiunt) *Japheti* poſteris nedum Europa tota, ſed quoque magna Aſiæ pars fuit a *Noacho* adtributa: iccirco credibile haud eſt, uni ex *Javani* filiis *Rhodi* tantum inſulam obtigiſſe. Verum nec ipſis Bocharto, & Alexandro quis prudens adſtipuletur, dum ajunt: *Rhodanim ſive Rhodanitas circa oſtia Rhodani, quem de ſuo appellarunt nomine, conſediſſe.* Fuit quidem olim regioni circumjacenti Rhodanum *Rhodanuſia* nomen; id enim ſcimus ex Sidonio Apollinari, Marciano Heracleota, & Stephano; ſed quid inde? Potuit aliunde etiam utrumque ſuboriri vocabulum; abſque eo quod *Rhodanim* in *Dodanim* ex librariorum imperitia verſum eſſe, non ſine juſtæ reprehenſionis periculo aſſeramus. Etſi enim Juſtinus l. XIII. ubi *Illyrii* meminit, det ei fratres *Alcetam*, & *Pythonem*; hos *Celti*; & *Galli* nomine

ne Appianus compellat, qui cum primi Galliæ cultores fuerint, eidemque tum *Celticum*, cum *Gallicum* etymon indiderint, potuere Rhodanum Celtoſcythico facile appellare vocabulo, & vocare *Rodnò*, quæ vox aut fecunditatem, aut ſignificat originem. Nonnullis ea quoque ſententia eſt, inter ceteras hanc Gallicam vocem *Vau*; quæ pronunciatur *Vò*; & latine *Vitulum* perſonat, Illyrice vero *Bovem*, non abſimilem ortum habuiſſe. Quidquid tamen de his, florentiſſimæque Galliæ Protoparentibus, mihi ad Illyricos redeundum.

§. IX.

Ut horum prædictus *Dodanim* certo conſtituatur pater, mihi ea quæ de *Illyrio* hactenus recitata ſunt, neceſſario repetenda. Ipſe itaque *Cadmi* filius; qui primum a *Joſua* in Græciam pulſus, deinde in Epirum Danao adveniente profugus, Enchelearum inſedit regionem. Ab Encheleis ad Liburnos (patre, fratribuſque alio profectis) protraxit poſtmodum imperium; ut fuſe docet Maurus Orbini cit. lib. de Slavorum origine pag. CXLV; ac interim Solo Illyrico initium dedit. Sed *Joſua* non niſi ad annum mundi MMDCI, & ante Chriſtum natum MCCCCLII. in Principem, ſive Hebræorum Judicem electus eſt; inde requirendus nobis *Illyrio* longe antiquior quis, cui poſt Babelicę confuſionem turris hujuſmodi paruerint regiones. Vetuſtiſſimum in his *Pelaſgorum* nomen, ut pluries Juſtinus docet; id tamen ideo eſt, nam a Græcis Scriptoribus univerſi Aborigenes, neque tantum primi Epiri cultores *Pelaſgi* dicti; hoc eſt prognata Arcadibus gens; qui Arcades teſte Stephano l. 1. ſemper hoc nomine vocitati. Legatur Huetius doctiſſime de hoc diſſerens l. 1. de Demonſ. Evang. Prop. IV. c. IX. n. I. At neque Epiro, neque proximæ Epiro Macedoniæ poſtdiluvianis temporibus etymon ejuſmodi. De Macedonia hæc Juſtinus l. VII. *Macedonia antea nomine Æmathionis regis, cujus prima virtutis experimenta in illis locis extant, Æmathia cognominata*

348

eſt . Hujus ſicut incrementa modica , ita termini peranguſti fuere. Plutarchus vero in Pyrrho iſta de Epiro: *Poſtmodum* (nempe longe poſt diluvium) *Neoptolemus Achillis filius populo adducto eam regionem tenuit , regumque ſucceſſionem poſt ſe reliquit . Pyrrhides reges iſti vocabantur ; nam & ipſe Pyrrhi , hoc eſt rufi , in pueritia cognomen nactus fuit .* Quodnam ergo primigenium , & ad poſtdiluviana tempora Epiro nomen ? Innuit ipſum idem Plutarchus , inquiens : *Fama eſt , aut Phaetontem unum de eorum numero fuiſſe , qui in Epirum tranſierunt poſt diluvium ; aut Deucalionem , & Pyrrham poſt idem diluvium ibi apud Dodonam templum condidiſſe , & juxta illud in Moloſſis habitaſſe* . Fabuloſa , & prorſus commentitia Phaetontis , Pyrrhæ , & Deucalionis nomina ; non ſic Dodonæ; & Moloſſorum; quippe paſſim ab Hiſtoricis , & ab omnibus fere memorantur Geographis . Moloſſos primitus *Milloſcios* audiviſſe , mea conjectura eſt ; nec auſim ipſam (cum teſte & vade caream) coram bono judice defendere: quod autem ad Dodonam ſpectat ; adeo ipſa in ore famæ ob Jovis Dodonæi templum , ut iccirco a Strabone l. VII., a Plinio l. II. cap. CIII , & a Virgilio l. I. Georgic. laudetur . Cum itaque vetuſtiſſima eadem ſit urbium Epiroticarum , & apprime nomini *Dodanim* , ejuſque filii *Dod* ſuum etymon conveniat ; Epiri , & regionum , quæ ſupra Adriam ſunt , & noſtris temporibus *Illyricum Solum* appellantur , is omnino primus cultor poſt diluvium . Hujus ſententiæ etiam Tirinus in Chronico Tab. I.: *Dodanim , pater Dod , nomen dedit Dodonæis Illyridos incolis apud Plinium* . Non adverſatur Cornelius a Lapide ; quanquam enim referat , ab nonnullis Rhodios a *Dodanim* derivari , ſubdit nihilominus : *alii tamen ab hoc Dodonæos in Epiro derivant* . Tandem in ſuis Elementis Hiſtoricis Vallemontius eadem prorſus verba recitat, quæ Cornelius .

§. X.

Digitized by Google

§. X.

Nunc ad Dodonæorum linguam. Sed eam Scythicam, aut Celtoſcythicam, ſive Illyricam (tria nomina, at res una) priſcis illis fuiſſe temporibus, nemo eat inficias. Leviora primum do argumenta. Plinius cap. xlviii. de hominibus vitę longioris agens refert, ab Alexandro, & Cornelio literis proditum eſſe; *quemdam Illyricum Dandonem quingentis vixiſſe annis*. Nomen *Dodanim* huic ſimillimum: *Noachi* vero filios, ac nepotes diutiſſime vixiſſe, ut facilius, citiuſque humanum propagaretur genus, ex longiſſima *Semi* vita colligimus; vixit enim poſt ortum *Arphaxadi*, quem biennio poſt diluvium genuit, quingentis annis, ut cap. xi. Geneſeos v. x, & xi. edocemur. Imo hoc ipſum *Dandonis* nomen ab Illyrica voce *Dundo*, qua quidem patruos non ſolum, ſed etiam quemque ſeniorem virum vulgo compellamus; haud video, cur non poſſit quis rite derivare. Quod ſi in deducendis rerum etymologiis plurimum tum ludi, cum luſus ingenio eſt; ut bene Cornelius a Lapide ait, Goropium Becanum arguens, quod, Cimbricum, ſeu Flandricum idioma primis fuiſſe hominibus, perperam ſtuduerit demonſtrare; primam hanc meam conjecturam prorſus abiicias. Non ita iſtam aliam. Maurus Orbinus pag. ix. non uno monumento probat, vetuſtiſſimis Illyricorum inter idola cetera *Jacobog* fuiſſe; quæ Illyrica vox *Fortem Deum* ſignificat. Satis ergo probabili conſequutione deducendum, *Jovis Dodonæi* religionem, ac cultum inſpici in idolo hujuſmodi; adeoque Dodonæis, & Illyricis, ut eoſdem ſacros ritus, ita quoque fuiſſe ejuſdem linguæ commercium. Quin nonne conſimilis linguæ indicium unius gentis cum altera perpetua, conjunctiſſimaque conſuetudo? At Plutarchus in Pyrrho narrat, hunc bimum a Glaucia Illyricorum rege fuiſſe peramanter ſuſceptum, liberaliterque inter filios uſque ad annum duodecimum educatum; ac tandem vi, & armis Epiri regem conſtitutum. Hinc forte idem

Pyrrhus, eodem Plutarcho teſte, Bircennam Bardylii Illyriricorum regis filiam ſibi matrimonio copulavit. Tandem laudatus Plutarchus in Alexandro refert, hunc patri ſuboffenſum, traducta in Epirum matre Olympiade interim in Illyrico verſatum eſſe; & Euridicem Macedoniæ Reginam, ejuſdem Alexandri aviam, genere Illyricam fuiſſe. Et Macedonibus, Epirotis, atque Illyricis una haud lingua?

§. XI.

Propoſitis hiſce, quibus mea quoque ſententia aliquid minus virium, ac roboris ad rem conſtituendam; ad potiora accedamus momenta. Livius l. IV. Decad. V. hæc recitat: *Eo mittit Antigonum ex purpuratis unum, qui juberet multitudinem Gallorum ad Bylazora (Pæoniæ is locus eſt) caſtra movere.* Pæoniam Macedoniæ conterminam fuiſſe, is unus negare poteſt, qui nunquam hæc in Juſtino legit: *In regione Pæoniæ, quæ nunc portio eſt Macedoniæ, regnaſſe fertur Telegonus pater Aſtriopæi, cujus Trojano bello inter clariſſimos vindices urbis nomen accepimus.* Sed *Bylazora* purum, putumque Illyricum vocabulum *candidam auroram* ſignificans: neſcio ergo quiſnam amplius poſſit de una Macedonibus, atque Illyricis lingua prudens dubitare. Vi volo his fidem; & Plutarchus in Pyrrho iterum audiatur: *Ex hinc Achilli honores in Epiro divini ſunt habiti, quem ipſi ſua lingua Aſpetum, hoc eſt ingentem, cognominant.* Vox *Aſpeti* adeo Illyrica, ut nihil ſupra; nam quidquid vel conditione, vel ſuperbia elatum eſt, *Uſpeto* a nobis dicitur. Favet his nihil abſona, & utrique genti ſimillima vocum, literarumque pronunciatio. Auctor idem Plutarchus in Problematis, a Macedonibus in loquendo elemento *Phi* literam *Betha* ſubſtitui; ita ut non *Philippum*, ſed *Bilippum* enuncient: vitium Illyricis ruricolis perquam familiare. Sed quid plura? Noſtra etiam tempeſtate Albaneſii; quos ſcimus veteres tum Macedonas, cum Epirotas eſſe; Illyrica utuntur lingua, ſumme tamen Græco

ſer-

ſermoni immixta. Ab Olchinio, & Scodra in Orientem porrecti montana incolunt tum Macedoniæ, cum Epiri; atque hæc de ipſis Ludovicus Cervarius Tubero in Commentario de Turcarum rebus geſtis l. II. pag. XXXVII. Edit. Florent: *Lingua neque Græca, neque Illyrica utuntur, quamvis ex utroque ſermone quædam accepta inter loquendum immiſceant.*

§. XII.

Cum tot tantiſque momentis nitamur, cur non a *Dodanim* nedum Epirotarum, Macedonumque; ſed totius Illyrici accolarum tam generis, quam origo linguæ repetenda? Et quidem univerſæ regiones, quæ vel Epiro, vel Macedoniæ, vel Illyrico ex Geographorum, vel Principum placito ſunt adtributæ, adeo olim ſeſe inter conjunctæ, ut Thucydides l. I. diſerte aſſeruerit, *a Græcis in Illyrico conditam Epidamnum fuiſſe*, quam in Macedonia poſitam a præſente Illyrico abeſſe, Dirrachiumque appellari, non ignoramus. Quoniam huc mea me deduxit oratio; ut majorem apud Te antiquarum rerum ſtudioſiſſimum hominem ineam gratiam, vetuſtæ Illyridis dabo thema. Debeo ipſum (quo præceptore aliquid didicerim, fateri ultro; mihi religio eſt) amiciſſimo æque ac eruditiſſimo *Ignatio Georgio* Benedictinorum Raguſino-Melitenſium Abbati, quem anno 1737. peringenti Illyricæ, quam inceperat, hiſtoriæ damno amiſimus. Itaque inter ceteros hi olim Illyridis populi. I. Hieraſtamnæ, & Tariotæ; nunc *Territorio di Sibenico*. II. Hylli, & Bulini; hodie *la parte occidentale del Contado di Traù.* III. Siculi, ſeu Siculotæ; nunc *la parte orientale del Contado di Traù col Territorio di Spalatro*. IV. Neſti, ſive Ardiæi; hodie *la Craina*, *Macarska*, *Radobiglia*, *Hliuno*; *& loca quæ ſunt circa fontes Narronis*. V. Narii, ſive Nariſii; nunc *Territorio di Narenta*. VI. Dalmatæ, Dalmateæ, vel Dalmitani; hodie *Dumno*. VII. Daorſæi, vel Daoriſſi; nunc *Neveſſigne*, *Gliubigne*, *Popovo*. VIII. Autariatæ, vel Autarii; hodie *Drigna-*

gnani, *Sletignani* &c. IX. Sardiæi, Sardiotæ, vel Sardiani; nunc *parte di Zenta ſuperiore*, *atque Auſtralis pars Nigromontis*, *nimirum Bratoreſſi*, *Kucci*, *Clementi*. X. Daſſaretæ, Peneſtæ, Piruſtæ; hodie *il paeſe d'Obrid*, *di Moncaſtro*, *di Caſtorea*, XI. Scirtones, ſive Gyrtones; nunc *parte di Comenitolari*, *e della Janna*, *o Teſſaglia moderna*. XII. Antitanes, vel Antitani; hodie *Arnautti*. XIII. Oricini; nunc *il paeſe della Cimarra*. XIV. Amantini; ſive Abantes, hodie *Territorio di Vallona*, *ed il paeſe intorno al porto detto Raguſeo*. XV. Bullidenſes, vel Buliones; nunc *la Calina*; *ed il paeſe circonvicino alle miniere della pece di Pollona*. XVI. Taulantii; hodie *la Tamoriza*, *e la Muſacchia*; *ovvero la parte marittima di Polona ſino a Durazzo*. XVII. Parthini, Dirrachini; nunc *Preſa*, *ed il paeſe tra Durazzo*, *e Lodrino*. XVIII. Phrigi; hodie *Croja*, *ed il paeſe circonvicino*. XIX. Liſſenſes; nunc *il paeſe d'Aleſſio*, *e di Lodrino*. XX. Labeatæ; hodie *parte della Zenta ſuperiore*, *o il paeſe di là dal lago di Scuttari*. XXI. Olchiniatæ; nunc *Dolcignotti*, *e Marcoevichi*, *o parte della Zenta inferiore*. XXII. Agrunovitæ; hodie *Mabignani*, *Poſtroevichi*, *Speciani*, *Barſzi*; *e il rimanente della Zenta inferiore*. XXIII. Rizzonitæ; nunc *Nikſcichi*, *Rudignani*; *& pars Occidentalis Nigromontis*, *quæ Rizzonico ſinui imminet*.

§. XIII.

Ex ipſis itaque antiquę Illyridis populorum poſitionibus, ac themate ſatis conſtat, unam omnino eandemque linguam Illyricis, & Macedonibus, Epirotiſq. fuiſſe. Nec ignoro, non uno loco ex Curtio colligi ad ipſamet Magni Alexandri tempora Macedonum linguam, uti a Græca, ita quoque ab Illyrica longo abſuiſſe intervallo; at fatum hoc vetuſti inter eos vitiati idiomatis in regem Tarrytam vertendum eſt. De ipſo hæc Plutarchus in Pyrrho: *Cum autem reges*, *qui primis iſtis ſucceſſere ad Tarrytam uſque barbari fere*, *& cum*

vita,

vita, *tum potentia ignobili fuerint*, *hunc primum perhibent Græcis moribus*, *literiſque*, *&* *humanis legibus urbes compoſuiſſe*. Igitur ex immixtione linguarum Illyricæ, & Græcę (quod jam diximus.) Macedonicum promanavit idioma; eo fere modo, quo ex linguis Latina, & Gothica ſub Theodorico Gothorum rege (ſi fides Theſauro in ſuo Italiæ Regno) Italicam promanaſſe linguam, non ignoramus. *Allora* [inquit ipſe] *di due popoli ſi fece un popolo*, *e di due linguaggi un linguaggio; in cui latineggiando la barbarie*, *e barbareggiando la latinità*, *nacque la bella Italiana lingua*. Recte interim Juſtus Lipſius Epiſt. xlIV. Cent. III. ad Belgas ait, *diverſitatem linguarum leviſſimis de cauſſis evenire; nempe gentium novo adventu vel colonia*, *imperio novo*, *pulſione*, *immigratione*. Huc quoque pertinet ea Dantis ſententia in Convivio, qua aſſerit; *linguam vivam ſingulis quinquaginta annis ſuas pati viciſſitudines*. An vero id damni, quod Illyrica lingua in Epiro, & Macedonia paſſa eſt, noſtris etiam in regionibus pertulerit aliquando, arbitror operæ pretium, ut definiamus. Affirmant quidem *Jacobus* Petri *de Luccaris* in Raguſinis Annalibus, & *Ludovicus Cervarius Tubero* in ſuorum Temporum Commentariis; mihi tamen alia ſententia eſt; & de hoc in Vita D. Hieronymi, quam paucis ab hinc annis typis dedi, obiter a me actum. Quid, quod in Strabone, & Polybio ferociſſimos Illyricorum video a verbo Illyrico *ſarditſe*, nempe iraſci, vocatos *Sardicaos:* in Appiano Illyricum quoddam oppidum dictum *Promonam*, quod rectius ipſe *Prominam* (ita vocatur adhuc, permutationemque latine ſonat) forſitan appellaſſet: ac tandem in Livio Dec. v. l. IV. Illyricum hominem ab albo colore cognominatum *Belo?* Potuit ergo (id nunquam negaverim) nunc Grecarum, nunc Latinarum vocum intermixtione pluries in Illyrico lingua noſtra vitiari; quandoquidem utrique jam paruimus imperio: at hęc, quæ ex his auctoribus a me excerpta, clare docent; eam nunquam nos inter ſuum paſſam eſſe interitum funditus extirpatam.

§. XIV.

§. X I V.

At inquit Cervarius: *ut Dalmatis, atque Illyricis latina lingua eſſet, latinæ Coloniæ per totum Illyricum deductæ, effecere*. Plures Romanas Colonias in Illyrico fuiſſe, haud negabo; nam (ut Dalmaticas tantum numerem) fuere Doclea, Epidaurus, Narona, Salona, & Jadera. Num tamen eis pingue adeo, amplumque Solum, cui agri ad nonnulla jugera inter novos colonos de more diſtribuendi? Hæc de nobis Strabo l. VII. *Aprica itaque regio; olivetis, vinetiſque ſpecioſa: niſi ſicubi rara, & aſpera omnino rupes jacet. Talis cum plaga eſſet Illyrica, maritima præſertim, ſpreta prius erat*. Igitur Coloniæ noſtræ inter eas, quæ jure Latii tantum donabantur: & nunquam ipſis tot novi coloni, aut milites veterani dati, qui vel pauperibus Urbem exoneraverint; vel potuerint avitam noſtræ gentis linguam ſtirpitus eradicare. Imo; etſi P. Cornelius Scipio Naſica, qui Conſul cum M. Marcello II. anno ab urbe condita DXCVIII. quinquennio circiter ante bellum Punicum III, expugnarit Delminium, principem Dalmatiæ urbem; tamen eadem tota non niſi a Cæſare Auguſto demum eſt ſubjugata. Ad hujus vero annos infrequens adeo latini ſermonis uſus, ut Cicero in Oratione pro Archia dixerit: *Græca in omnibus fere leguntur gentibus; latina ſuis finibus, exiguis ſane, continentur*. Obiicit quis, poſtmodum fuiſſe Romanas Colonias ad nos deductas? Sed mihi auctor D. Auguſtinus (quem anno CCCLIV. natum eſſe, dubitat nemo) *imperioſam urbem* curaviſſe quidem, ut latina lingua una cum Romano imperio per totum propagaretur orbem; at potuiſſe nequaquam ceteras delere linguas, ac exterminare. Legatur S. Doctor l. XIX. de Civ. Dei cap. III. Imo M. Porcius Cato hæc in ſuo Originum libro: *Turrenus patre Elbio Volturreno, & regum Hetruſcorum ultimo ad lacum Vadymonis cæſo, equidem ad reddendam urbem Hetruriam anno ſecundo Olympiadis centeſi-*

Digitized by Google

ceſimæ vigeſimæ quartæ allici potuit ; ſed ad recipiendas latinas literas nunquam potuit perſuaderi . Si id Hetruſci ; quid Illyrici; qui in avitum idioma ſummo cultu, & quadam propemodum religione ſunt; & quibus hac voce , *ſve na ſtaru* , antiquo more vivito', nihil in ore magis ? Integra adhuc in Apulia oppida, & ab antiquiſſimis quidem convenis deducta, queis Illyrici idiomatis uſus.

§. X V.

Quid tamen? Inſtat Tubero, affirmatque, *Slavenos Roxanorum, & Gothorum progeniem anno a Chriſti natali die ſexingenteſimo Illyricum invaſiſſe ; atque , ut fit, una cum jugo linguam quoque victos accipere coegiſſe*. Mihi gratulor, ea tempora præteriiſſe, quibus effari ſatis erat*: ipſe dixit* . Porro epocha hæc Slavonici idiomatis a nobis recepti adeo in Tuberonem militat , ut meam prorſus obfirmet ſententiam : nam cum Gothi pluries , ac pluries ante annum ſexingenteſimum Illyricum invaſerint; Slaveni, qui eorundem progenies, haud novam linguam, ſed novam dialectum tantum (eam omnino, qua impreſentiarum utimur) invexere. Hæc habet Strabo l. VII: *De Getis ſane vetuſta illa omittantur. Quæ noſtra ſentit ætas, bujuſmodi fuere . Boerobiſtas vir natione Geta, cum genti ejus præfecturæ inſiſteret . . . . trajecto audaciter Iſtro Thraciam diripiens uſque in Macedoniam , & Illyricum magnum Romanis terrorem incuſſit ; deque Gallis finitimis Thracibus , & Illyriis prædas ingentes reportavit . Bojos autem , & ſubditos Critariſo funditus delevit ; ſimul & Thauriſcos* . Livius quoque paſſim perhibet , crebras fuiſſe in Illyricum gentium Scythicarum , maxime Dardanorum, immigrationes : *Hi tranſgreſſi* (ita ipſe l. XLIII. c. XX.) *jugum Scodri montis per Illyrici ſolitudines, quas de induſtria populando Macedones fecerant, ne tranſitus faciles Dardanis in Illyricum ; aut Macedoniam eſſent , Scodram labore ingenti tandem pervenerunt* . Nullum tamen inſignius ad rem noſtram , quam

Digitized by Google

D. Hieronymi, teſtimonium. Is ad annum CCCXCVI Nepotiani conſcribens epitaphium hæc habet: *Viginti, & amplius anni ſunt, quod inter Conſtantinopolim, & Alpes Julias Romanus ſanguis effunditur. Scythiam, Thraciam, Macedoniam, Dardaniam, Daciam, Theſſalonicam, Achajam, Epiros, Dalmatiam, cunctaſque Pannonias Gothus, Sarmata, Quadus, Alanus, Hunni, Vvandali, Marcomanni vaſtant, trahunt, rapiunt*. His omnibus Gothicam, adeoque Illyricam fuiſſe linguam, ſuo loco luculentiſſime demonſtrabo: itaque ſi Slaveni *Gothorum progenies* ex ipſiuſmet Tuberonis ſententia, hi haud primo invexere in Illyricum hujuſmodi linguæ morem, ſed tantum venuſtiores quaſdam hac lingua loquendi (ut ita dicam) proprietates. Ablavius, & Plinius nedum ante ſexingenteſimum a Chriſto nato annum; ſed multo prius ante D. Hieronymum floruere: in ipſis vero haud unum Slavonici idiomatis, cum de Illyrico agunt, monumentum. Etſi enim Ptolomæus l. II. inter Dalmatiæ Oppida *Crepſam*, & inter Inſulas *Curictam* nominet; *Crapſe*, & *Coritta* vocabula in laudato leguntur Ablavio. Alter, nempe Plinius, l. II. cap. XXII. inter Piguntiam, & Naronam Oppidum *Rataneum* nobis ob oculos ponit. Sed *Grapſa*, & *Coritta* voces Illyricæ; quarum prima rapinam ſonat, altera aquarium (italice *Trogvolo*) ſignificat; uti quoque Orbinus inquit pag. CLXXIV. Etymon autem *Ratanei* Oppidi Slavonicum item; & derivat a *Rat* (italice *Punta*) quo nomine etiamnum illius regionis accolæ a nobis compellantur. Atque utinam nunc Græci, nunc Latini Scriptores cetera urbium, oppidorum, & Dalmaticarum inſularum nomina vitiata minus, minuſque corrupta literis tradidiſſent! Haud equidem *Dogorzi* in Daoriſios, *Diklici* in Docleatas, *Dereſciani* in Deretinos, *Siekoczi* in Siculotas, *Grabgliani* in Grabeos, *Pilciani* in Pilarios, *Mliet* in Melitam, *Riſcgnani* in Rizzonitas, *Ozzignani* in Olkiniatas, & forſan *Peraſtani* in Piruſtas, Illyricis prorſus interemptis vocibus, abiiſſent. Certe nihil communius tum Græcis, cum Latinis Geographis, quam Dalmaticam in-

inſulam, quæ nobis *Vijs* dicitur, *Iſſam* nominare: hinc grates a me redduntur Polybio, qui in fragmentis n. CXXVIII. in edit. Græca Fulvii Urſini eam ſua propria voce, nimirum Illyrica, *Vijs* appellavit. *Vardeos* quoque, quos Plinius l. III. c. XXII. populatores Italiæ dicit, Strabo vocat *Ardieos*; gaudeo tamen ab ipſo adnotari, eos ab antiquis fuiſſe *Veralios* (vide Illyricam vocem *Varli*, quæ ardorem, animique ſtrenuitatem apprime exprimit) vocitatos. Tandem Appianus de Bello Illyrico ita claris verbis Salonam *Slanum*, & Tarpagn *Terpum* dicit, ut oporteat cæcutire in meridie, ne utriuſque vocis primigeniam originem prorſus fuiſſe Illyricam aſſeramus.

§. XVI.

Impetus quidam, & ſuſceptæ diſputationis ardor ad exſcribendas hujuſmodi voces me induxit: ceterum non ignoro (ut recte adnotat eruditiſſimus Huetius p. I. Demonſtr. Evang. p. CLXXX Ædit. Venet.) veterum tum Hiſtoricorum, cum Geographorum morem; *complurium interpretum quoque, nomina ipſa transferendi; nec eorum ſonum, ac ſyllabas, ſed ſignificationem reddendi*. Hinc, quanquam ſimilibus Illyricis vocibus prorſus deſtituerer, neque eis poſſem ſententiam meam comprobare; adhuc ob perpetuam in nos Geticarum, & Illyricarum gentium immigrationem; Myſorum, Thracumque proximitatem ac conſuetudinem, indubius aſſererem; neque Græcas, neque Latinas Colonias potuiſſe unquam avitum idioma noſtrum perdere, funditusque abolere. Illyrica lingua perpetuo nobis vernacula fuit; ceteræ hoſpites tantum, & ſaltem agreſtis vitæ hominibus omnino ignotæ. Quod Vellejus Paterculus lib. II. cap. CX. de Pannonibus dixit, id ego de Illyricis omnibus pronunciandum puto; nempe ipſis *non diſciplinæ tantum, ſed linguæ quoque notitiam Romanæ ſub Romanorum imperio fuiſſe*; at dumtaxat *notitiam*, non morem. Quod ſi adhuc quiſpiam in epocham anni ſexingenteſimi a Tuberone conſtitutam jurat pertina-

citer; ſciat velim, ad annum quingenteſimum Imperatori Juſtiniano Illyricum *Upravdæ* nomen fuiſſe, ut ex Bulgarorum archiviis Jacobus de Luccaris refert: ſciat inſuper, ad annum circiter tercenteſimum, & ſexageſimum *gentilem Epidauritanorum linguam* diſerte a D. Hieronymo in Hilarionis Vita commemorari. Audiat demum a doctiſſimo Thomaſſino de Vet. & Nov. Eccleſiæ Diſciplina Tom. 1. l. 11. cap. LXXXII, *novam linguam brevi temporis ſpatio a nulla poſſe addiſci natione*: atque hinc per ſeſe inferat, Slavonicæ linguæ ſemina fuiſſe in Illyrico a Slavenis inventa; repertum videlicet Scythicæ linguæ uſum; cui facillime nova dialectus ab eis indita, & venuſtior efferendarum vocum ratio adtributa. Sed de *Dodanim* atque Illyrico pluſquam ſatis. Sarmatiam Europæam adeamus.

§. XVII.

Continet hæc Cluverio teſte l. IV. c. XXI. *Moldaviæ partem inter Thyram, Iſtrum, & Hieraſmum amnes, Hungariæ partem inter Patiſſum, & Iſtrum; Poloniæ regnum ultra Viſtulam; Boruſſiam, Livoniam, Lithuaniam, Ruſſiam albam, hoc eſt Magni Ducis Moſcoviæ imperium, & minoris Tartariæ partem, quæ Cremea appellatur.* Addit cap. XXII. *univerſas Sarmatiæ gentes habitu, armis, moribus, vivendique ratione fuiſſe Scythis ſimillimas;* at non ideo forte arbitremur, Sarmatas, ac Scythas ab uno, eodemque *Japheti* vel filio, vel nepote fuiſſe prognatos. Enimvero quanquam Scythæ, ut Juſtinus l. II. ait, *non minus illuſtria initia, quam imperium habuerint; & de generis vetuſtate cum Ægyptiis contenderint perpetuo; ter Aſiæ imperium aggreſſi ſint; ibique tum Parthicum, cum Bactrianum regnum condiderint:* conſtans tamen omnium Hiſtoricorum conſenſio eſt, eos in ſuis ſedibus diu latuiſſe, & circa res ſibi proximæ Aſiæ dumtaxat occupatos non niſi ad tempora *Othonielis* Judæorum Principis, ac Judicis Sarmatiam invaſiſſe. Othoniel *Joſuæ* ſucceſſit circa annum

Mun-

Mundi 2669, & ante Chriſtum natum 1384. Itaque profluxerant jam a Babelicæ confuſione turris anni circiter 669, quibus Sarmatiæ regiones cultore, & hoſpite caruiſſe, non ſuadent ut arbitremur ea Geneſeos verba c. IX. v. I: *multiplicamini, & replete terram*. Proinde Getis eæ laudes maneant, quibus late eodem ſecundo libro a Juſtino cumulantur; nempe *quod ab alieno imperio, aut intacti, aut invicti manſerint perpetuo; Darium regem Perſarum turpi a Scythia ſubmoverint fuga; Zepyronam magni Alexandri ducem pari ratione cum copiis univerſis deleverint; ac tandem Romanorum audiverint diu, non ſenſerint arma*; ſed inter hæc, & alia id genus decora, nec a ſuo parente *Magog*, nec a ſeipſis Sarmatas noſtros derivent. Eadem quidem utriſque lingua, diſſimilis etſi dialectus; & ideo ſe utramque didiciſſe teſtatur Ovidius, l. II. de Ponto inquiens:

Nam didici Getice, Sarmaticeque loqui.

Reducta tamen ad cenſum *Japheti* ſobole, & antiquis Europæ enumeratis linguis (in Diſſertatione, quam laudavi §. IV, etiam Richardus *Kate* affirmat, fuiſse eas tantum quinque) neceſse eſt inter plura familiarum capita unum, idemque diſpertiri idioma.

§. XVIII.

Jam vero in Sarmatia primas obtinet Magni Ducis, qui Illyrice *Czar*, imperium; vulgo Moſcovia, ſive *Ruſſia alba*; quæ adeo vaſta, *ut a Septemtrione Mari concreto, ab Ortu eiſdem finibus, quibus Europa, hoc eſt Obio, ac Tanai amnibus; a Meridie Tanai minore, Deſna, & Pſola; ab Occaſu Boriſthene, & Narva, lineaque inter hos fontes ducta*, terminetur. Fortaſſis in cauſſa Moſcovitici regni amplitudo, ut Sarmatæ ceteri fere omnes inde ſuam deducant aut deductam velint, originem. Teſtis Pruſſia, vulgo *Preuſſen*, vaſtiſſima quidem, & ditiſſima regio; fluviis, ac lacubus frequenter rigua, & frumento maxime ferax. Hanc nonnul-

nulli ideo *Boruſſiam* vocatam dicunt, ut videre eſt apud laudatum Cluverium L. IV. cap. XXVII; nam a vetuſta *Boruſcorum* gente, quam intra Moſcoviæ fines ponit Ptolomæus, tum Illyricam (qua olim uſa eſt) linguam; quam ipſum ejus repetunt genus. Poloni tantum, ac Bohemi mordicus hujuſmodi detrectant ortum; nam illi a Lecho, hi a Czecho ſe prognatos ajunt: qua in re ſi ipſis conſilii ſatis [cum ſic tantum a temporibus Juſtiniani Imperatoris, nempe ab anno reparatæ ſalutis quingenteſimo Bohemica, Polonicaque deducant initia] aliis judicium hujuſmodi eſto. Bene tamen idem Cluverius cit. lib. cap. XXII. de Sarmatis univerſis: *de horum rebus geſtis antequam ſub Slavorum nomine cœperunt noſci parum in veterum monumentis reperitur*. De ipſis Moſcis hæc Herbeſteinius pag. 11; *ma della origine di queſta gente niente altro hanno gli Annali, ovver' Hiſtorie; eccetto, che queſta gente derivata è dalla natione di Japhet*. Verum, quum Moſcorum vocabulo maxime affine ſit *Moſoch* nomen, noviſſime Antonius Catiforus Scriptor Vitę Petri Alexiovitz Ruſſorum poſtremi vere Magni Ducis l. I. pag. XVIII. Edit. Venet. literis prodidit, hunc (nempe *Moſoch*) Moſcorum fuiſſe auctorem. Inſignes duo, magnique nominis S. Scripturę interpretes; videlicet Tirinus, & Cornelius a Lapide, in eandem olim ivere ſententiam. Primus hæc habet in Chronico Tab. I: *Moſci in Sarmatia fuere a Moſoch progeniti juxta Genebrardum, & Ariam*. Alter vero Comment. in Geneſim cap. IX: *A Moſoch orti, & appellati videntur Moſcovitæ*.

§. XIX.

Utinam poſſem calculum qualemcumque meum Viris hiſce, quos colo, & per quam maxime ſuſpicio, in hoc adiicere. Sed Joſephus, & D. Hieronymus; quorum, nec ſine temeritatis nota, nec ſine juſtæ reprehenſionis periculo contemnenda auctoritas; Cappadocum tantum gentem derivant

a

Digitized by Google

a *Moſoch*. Deinde; princeps Cappadociæ urbs, atque Metropolis, quamquam fuerit poſtmodum a Cæſare Auguſto dicta Cæſarea, ſemper Cappadocum lingua vocata eſt, & etiamnum *Mazacha* nominatur. Id autem non niſi ob eam originem, quam vindicat a *Moſoch*, Lirano teſte in cap. XXVII. Ezechielis: *Moſoch, ideſt Cappadoces, quorum Metropolis, quæ ab Auguſto Cæſare poſt Cæſarea dicta eſt, uſque hodie lingua ipſorum Mazacha dicitur*. His ipſis Lirani verbis addit (quod jure mireris) laudatus Cornelius Comment. ejuſdem Capitis: *dicta a Moſoch ſexto filio Japhet, ait Joſephus* I. *Antiquit*. 6. Tandem; non ea Moſcorum nomini vetuſtas, atque antiquitas eſt, ut eorundem auctorem, ac parentem fuiſſe *Moſoch*, rite, & recte queamus pronunciare. Invenio in Plinio, *Moſcorum tractus uſque ad Iberiam*: lego in Lucano, *ſæviſque affinis Sarmata Moſcis*: ſcio denique aſſeri ab Herbeſteinio in cit. Annalib. pagin. XXXVI: *il nome delli Moſchi non eſſer ſtato ingrato alli Vecchi*. Negare tamen haud poſſumus, vetuſtiſſimis ſaltem temporibus diverſum omnino, & abſimile Moſcis fuiſſe nomen. Audiatur Jacobus Auguſtus Thuanus, quem ideo nomino; nam ipſum nobilem vocat Hiſtoricum Daniel Huetius p. I. Demonſtr. Evang. Propoſ. IV. cap. XIII. §. IV. *Moſcorum imperio* [ita ipſe l. XXI.] *ab arce, & fluvio cognomine Moskua in Occam, & Volgam influente nomen eſt; ubi ante ducentos circiter annos Joannes Danielis filius caſtrum ædificavit*; Aliter (fateor) rem narrat F. *Thomas Mamachius* inclytæ Dominicanorum Familię, & noſtri ævi ſummum ornamentum; at (quod mea intereſt) ipſe etiam Tom. II. Antiquit. Chriſtian. pag. clxxxII. hæc habet: *Moſchorum nomen recens; nam ante ſemper Ruſſi audierunt*. Siquidem, ut ipſe cum Henrico Brenner in Notis ad ſeriem Principum Iberiæ, Simone Aſſeman. de Kalend. univerſæ Eccleſiæ, Joanne Sigiberto Bayer Orig. Ruſſiæ Tom. VIII. Academ. Petropolit. ſubdit, *Moſchua a Gregorio Vladamiri filio Longimano anno circiter* 1149. *condita conſtituto magno Moſchoviæ Du-*

Digitized by Google

Ducatu, rebuſque Ruſſorum auctis toti genti nomen dedit. Jam vero Moſchua non a fluvio, cui vetus nomen Smorodinæ erat, ſed a veteri Cœnobio Moſchoi dicta eſt. Moſchoi autem a Mus, & Muſch, quaſi virorum ſedem dicas, nomen ſortita eſt. Sive ergo Joſephi, & D. Hieronymi ſumma auctoritas; ſive Moſcovitici nominis, ex quo in univerſam derivavit gentem, novitas perpendatur; Moſcorum origo non a *Moſoch*, ſed aliunde eſt cuique ſapienti viro repetenda.

§. XX.

Alexander Maurocordatus Hiſt. Sac. l. 1., & Thomaſſinus de Vet. & Nov. Eccleſiæ Diſcipl. l. 1. cap. xxv. vetuſtiſſimam Moſcovię urbem commemorant, *Rhos* appellatam; adduntque, *Moſcos non ſolum hujuſmodi nomine antiquitus uſos eſſe, ſed hoc nomen ipſum in Sacris non ſemel Scripturis occurrere*. Non aſſentiri haud poſſum; nam Capite xxxviii. Exechielis, & fere ſemper quum LXX Interpretes *Moſoch*, & *Thubal* nominant, *Rhos* jungunt, & ſociant. Et quod ad Moſcos attinet; ideo Volgæ, ipſorum regionis fluvio, olim nomen *Rha* fuiſſe, paſſim ab eis aſſeritur. Cum tamen quoque Armeniæ ſit *Rhos* fluvius, a Nubienſi memoratus Geographo ex Natale Alexandro Tom. 1. Diſſert. x. Art. iv; & Bocharto in Phaleg; exactioribus Criticis non arridet Ruſſorum nominis a *Rhos* deſſumpta derivatio. Quid quod, ubi in lxx Interpretibus *Rhos*, ibi in Vulgata noſtra *Principem* legimus; nam *Rhos* Hebraice *Caput*? Hinc expeditius alii, vel a voce Illyrica *Roſag*, quæ regionem ſignificat; vel a Moſcovitica ditione *Roſſeja*, quæ teſte Herbeſteinio pag. 1. diſſeminationem, & diſperſionem latine perſonat, etymon deducunt ejuſmodi: *Ròſſa* Dalmatis etiam, tum matutinus, veſpertinuſque ros, cum quævis exigua pluvia: ſed mea ſententia haud ab hiſce vocibus Ruſſis nomen. Porro acu rem tetigit Cluverius l. iv. cap. xxii. de Moſcis inquiens: *Quum ſibi ipſis dicti ſint Ruſſacii, & ad Riphæos uſque montes incoluerint,*

Digitized by Google

rint, *eoſdem eſſe credibile eſt*, *quos Mela Riphaces appellat*, *poſteros Riphat Noachi abnepotis*. Joſephus, & D. Hieronymus adſtipulantur Cluverio; neque ego alium advocabo teſtem, niſi Tirinum ipſum, qui nobis (ut diximus) in hoc adverſatur. Recito ejus verba ex laudato Chronico Tab. 1: *Riphat eorum auctor*, *qui Riphæos montes accolunt*, *ut volunt Joſephus*, *& Hieronymus*. Scio quidem, Sarmatas nonnullis ſolos Polonos eſſe; & Euſebium in Chronico teſtari, *Sauromatas* (qui Latinis Sarmatæ) fuiſſe a *Riphat* prognatos. Sed quid vetat, ne utramque gentem, nempe tam Moſcos, quam Polonos a *Riphat* deducamus; maxime cum hos non longe a Riphæis montibus collocet Plinius l. IV. cap. XII.? Nobis ſumme favet Verſio Arabica. Hæc *Riphati* enumerans filios (ut videre eſt apud P. de Haje, cujus Biblia Maxima) *Sclavonos* recenſet; quorum lingua, & Polonis, & Moſcis; imo & *Slavonorum* nomen ab ipſis tantum in ceteras ejuſdem linguæ diffuſum gentes. Quod vero, qui Melæ *Riphaces*, tractu temporis in *Ruſſacios*; hi in *Roxolanos* apud Plinium; iſti in *Roxanos* penes Strabonem, & tandem *Roxani* abijerint in *Ruſſos*; miretur is, quem nunquam Baronius docuit in Appendice Tom. VII, ubi de Ruthenis agit, *aſperitatem literæ x duplici litera ſ*, *aut fuiſſe lenitam*, *aut facile leniri potuiſſe*. Dixi autem, utque iterum repetam neceſſe eſt, omnia fere populorum, urbium, & fluviorum nomina nunc Latinorum, nunc Græcorum Scriptorum vitio jam legi depravata.

§. XXI.

A *Riphat* ergo Riphæis montibus datum nomen; quod vero is poſt diluvium eoſdem montes primum accoluerit, neget nemo. Enimvero, *Noachum*, *ejuſque Nepotes ac poſteros primum in montibus habitaviſſe*, *deinde ſenſim metu abeunte in valles*, *& campos deſcendiſſe*, id Cornelius a Lapide Comment. in cap. XI. Geneſeos non ſolum ex Joſepho, ſed quoque ex Platone l. III. de legibus erudite demon-

ſtrat. Habemus etiam in Juſtino Getarum de vetuſtate generis cum Ægyptiis contendentium effatum illud, *terris profundo ſubmerſis editiſſimam quamque partem decurrentibus aquis primum detectam fuiſſe, humillimo autem ſolo eandem aquam diutiſſime eſſe immoratam*. Scriptores tandem fere omnes, ut l. 1. Dionyſius Halicarnaſſeus refert, ob eandem inquiunt cauſſam, *Romanorum Theologiam deberi Arcadiæ, & Aborigenes montanam gentem ducibus Oenotro, & Peucetio fratribus, multis ante Trojanum bellum annis in Italiam transfretaviſſe.* Quæ ſuperius de *Dodanim* diximus, his confirmantur luculentiſſime. Jam, quæ olim *Peucetia*, nunc Tarentinorum regio; ſcimus autem priſcis temporibus Italiam *Oenotriam* appellatam. Itaque *Noachi* familiæ pars; & forte *Noachus* ipſe, qui ob excultam Vineam Vitiſator, & Vinifer, hinc a Græcis *Oenotrius* dictus; ex Arcadiæ, quos ob metum incoluerat, deſcendens montibus, Epirum advenit. Inde illi, qui transfretare conſtituerant, brevem admodum ad oppoſitos Tarentinos viam nacti, Aborigenes, Arcades, & Pelaſgos (tria hæc nomina res una) in Italiam deduxere. Sed ad rem noſtram. Moſcorum parenti quænam lingua? Jam pluries a nobis dictum: *Illyrica*. Et quidem Illyrica ibi primigenia fluviorum, urbium, & oppidorum nomina; Illyrica, & prorſus a ceteris ſejuncta linguis armorum, veſtium, & totius domeſticæ rei vocabula; adeo ut nemo unquam de indito Moſcis hujuſmodi idiomate dubitarit. Faxit Deus O. M., ut, ceu nobis, ac ipſis ejuſdem linguæ, ita ſit aliquando unius quoque fidei vera, ac ſincera conjunctio. Inſuſurro ipſis D. Hieronymi, Doctoris noſtri Illyrici, aurea hæc ad Damaſum verba: *Ego nullum primum niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, ideſt Cathedræ Petri communione conſocior, ſuper illam petram, ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus eſt. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluvio.* Illyrice dixiſſet ita S. Pater: *Ja nitkoga parvoga, negho Iſſukarſta sliedechi, ſfetigni tvojoi, tojes ſtollu Petrovu opchienſtvom ſadruxen jeſſam. Tkogod iſvan ovve Kucchie jagan-*

za

Digitized by Google

za jeſtit budè, pogban jes. Ako tko u Korabgli Noinoi ne budè, iſgbubitcbiteſe, kad dogbje potop. Itaque ad arcam, videlicet ad Cathedram Romani Pontificis, quę ipſius D. Petri Cathedra eſt, confugiant: memineritque everſam, captamque a Turcis ea die Conſtantinopolim fuiſſe, qua Spiritus Sancti (de cujus æterna Proceſſione inter cetera prava dogmata ſentiunt peſſime) feſtum peragebatur. Neque velim ego, ut vel Græcam aboleant Liturgiam, vel Græcos ſacros ritus, & Græca deſerant jejunia: coerceant quoque, rigidioremque ſibi ſtatuant diſciplinæ exterioris regulam; dummodo uno corde, unoque Symbolo ſimul cum Bohemis, Polonis, Dalmatis, ceteriſque Illyricis populis (qui a me in brevi Diſſertatione hac enumerati ſunt) laudent Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum; cui laus, honor, & gloria in ſecula. Precibus meis, imo & lacrymis, quæ ſcribenti hæc jam obortæ ſunt, id non addere haud poſſum: a ſumma, *Moſci* dilectiſſimi, unitate Dei *Una Fides* aſſeritur; & naturali etiam ratione inde comprobatur. Sed Getarum ſupereſt exquirenda origo.

§. XXII.

Magog Getarum auctorem fuiſſe (item ipſe *Japheti* filius) univerſi ferme Sancti Patres, & Sacræ Scripturæ docent Interpretes. Hæc habet Cornelius a Lapide Comment. in cap. x. Geneſeos: *Ab hoc orti ſunt Getæ, & Maſſagetæ, Scythicæ gentes, & Tartaræ.* Tirinus quoque in Chronico Tab. 1. affirmat, *Magogas olim vocatos fuiſſe, qui jam Getæ, & Meſſagetæ, Scythæ Europæi.* Idem ante ipſos cenſuere D. Auguſt. l. xx. de Civit. Dei cap. 11; Joſephus l. 1. Antiquit. cap. 11; Arias in Phaleg; Euſtathius; Theodoretus; & tandem Maximus Hieronymus lib. Quæſt. Hebraicarum in Geneſim, & Præfat. lib. 11. in Ezechielem. Ex campo autem Senaar, quem Græci poſtmodum, & Romani Babylona nominarunt, in Aquilonaribus Europę partibus data Magogis a *Noetho* ſedes. Ita ſiquidem ad ipſum Magog E-

zechiel Cap. xxxviii. V. xv: *Et venies de loco tuo a lateribus Aquilonis tu, & populi multi tecum, aſcenſores equorum univerſi*. Addit Propheta C. xxxix. V. iii: *Et percutiam arcum tuum in manu ſiniſtra tua, & ſagittas tuas de manu dextera tuæ deiiciam*. Omnia hæc apprime Scythis conveniunt, *quorum perpetua arma arcus, & ſagittæ*, inquit Natalis Alexander Tom. i. Diſſert. x. Art. iv. Atque ideo Scytharum equites l. iv. cap. xlvii. vocantur ab Herodoto *Hippotoxotæ*; a teneris ſiquidem jaculari conſueverant, equis (quibus movebantur) inſidentes. Et ne ex eodem Herodoto l. i. c. xx. narrem, *Cyaxarem* regem Mediæ filium ſuum Scythis commiſiſſe, ut artem arcu jaculandi ab ipſis addiſceret; celebre eſt Anacharſis in Plutarchi Sympoſio effatum, *non minus animalia Dei motibus obſequi, quam Scythis arcus*. Diu autem *Magogæ* (ut jam diximus) Europæ ignoti, & tantum circa ſibi proximæ Aſiæ res occupati, in eam excrevere multitudinem, ut poſtea ſola *Scandinavia*, ceu vocat ipſam Plinius l. iv.; vel *Scandia*, ceu placet Ptolomæo l. ii; vel *Scanzia*, ceu a Jornande Geticarum, ſive Gothicarum rerum Scriptore appellatur; jure dicta fuerit ab eodem Jornande cap. iv. *officina gentium, & quædam vagina populorum*: ſiquidem ex ea habuimus ſub generali Gothorum nomine nedum Gothos ipſos; ſed Oſtrogothos, Viſigothos, Vvandalos, Alanos, Marcomannos, Quados, Gepidas, Avaros, Suevos, Danos, Peucinos, Baſtarnos, Herulos, Vinedos, Venedos, Slavos, Slavinos, Scyros, alioſque populos, quos longum enumerare. Inquit, & quidem bene, auctor Hiſtoriæ Saxo-Danicæ l. iii. c. iv: *Ut incerta illis, & ſemper vaga domus; ita nunc hoc, nunc illud nomen*.

§. XXIII.

Paſinus (quod doleo) in laudata Polemica ſua Diſſert. pag. vi. *Gothicam* linguam *Teutonicæ* ſubdit; quanquam *Vvandalicam* non ſecus ac *Dalmaticam*, *Moſcoviticam*, *Croaticam*, &

Li-

Digitized by Google

Lithuanicam noſtro accenſeat idiomati. Fallitur vir eruditiſſimus; utque id ipſi ob oculos ponam; Gothicas quaſdam voces (quæ maxime ut pronunciantur, prorſus Illyricę) ex *Anglica* lingua, quæ jam *Teutonicæ* ſoboles, hic exſcribo.

V E R B A

Anglica	*Illyrica*	*Latina*
Bat	Bat	Clava
To beat	Bitti	Verberare
Brother	Brat	Frater
Mother	Matti	Mater
Syſter	Seſtra	Soror
Noſt	Nòs	Naſus
Stone	Stiena	Saxum
Yes	Jes	Eſt
Son	Sin	Filius
Cunning *a Vulpe*	Cuna	Aſtutus

Gothi diu inſulas poſſedere Britannicas ex omnium fere Hiſtoricorum ſententia; proinde has, aliaſque Gothicas voces ibidem ſupereſſe, haud mirum. Mirum ſolummodo, quod a Cluverio ipſi Wandali, quos jure Paſinus accenſet nobis, Germanicæ tum linguæ, cum genti adſcribantur. Hæc ipſe l. III. cap. VI. n. II: *Ceterum nationes nonnullas jam antiquiſſimis temporibus a Germania in Gallias commigraſſe, Gallos in Germaniam tranſgreſſos, tradunt apud Romanos maxime Cæſar, & Tacitus. Helvetii inter Danubium, Rhenum, & Mœnum, Bojohæmumque loca tenuere: ipſum Bojohæmum Boij, unde nomen regioni. Poſterioribus ſeculis, quum Germanorum diverſæ nationes Gothi, Burgundi, Rugii, Vandali, Marcomanni, Quadi, alii in Italiam, alii in Galliam, & Hiſpaniam proficiſcerentur; contermina olim trans Viſtulam gens Venedi, ſive Vinidi, quæ iidem ac Slavi, magnam Germa-*

mania partem occuparunt ad Albim uſque: hinc crebra in Sileſia, Luſatia, Miſnia, Marchia Brandeburgenſi, Melcheburgenſi Ducatu, ac Pomerania, Slavonica urbium, caſtellorum, ac vicorum nomina. Gens ipſa adhuc incolit totum Bojohæmum, atque Moraviam, Luſatiæ item agros magna ex parte. At optime Cellarius in ſua Geographia l. II. c. v. ſect. II. n. XLVII Cluverio obiicit; oppido eum falli; & quidem ex eo, quod cenſeat Gothos *Gothones* illos eſſe, quos Tacitus *trans Lygios* in Germania conſtituit, fieri autem nullo modo potuiſſe, ut *ex tam anguſto loco*, quem Gothonibus Tacitus dat, tot hominum, populorumque prodirent examina, quot jam ſub Gothorum nomine prodiiſſe ſcimus. Tantumne *Vinedi* Slava gens? Imo & Vvandali, & Marcomanni, & Quadi, unoque verbo univerſi Gothi, ut luculentiſſime oſtendam inferius. Vide interim, *mi Brunaci*, tum in Paſino noſtro, cum in Cluverio miram veritatis vim, atque energiam. Primus etſi Gothicum idioma Teutonicæ linguæ ſubdat, Illyricæ tamen Vvandalos dat, qui non niſi Gothi, *Slavi poſtmodum dicti nomine gentis, quæ a Boſphoro Cimmerio in Tanaim fluvium habitare ſolita eſt;* inquit Æneas Silvius in Epitom. Decadum Blondi libro primo. Alter, qui Vvandalos nobis auſert, accenſet *Vinedos* uno nomine, ac ſola voce ab *Vvandalis* ſejunctos. Teſtis Theſaurus in Prolegomeno ad Italiæ Regnum: *Vandali, o Vinduli, o Vinuli, che ſignifica vagabondi, è un nome generale a tutti i Goti venuti dalla Scandia, e quaſi vaganti per l'Europa con le armi in mano.* Siquidem ut Getæ olim *Skiti* (hinc Scythæ) ab Illyrico verbo *Skitatſe*, Latine *vagari*: & Parthi (quod ex Juſtino demonſtravimus) Getico, atque Illyrico vocabulo *Partti*, hoc eſt exules appellati; ita Vinedi non niſi ab Illyrica voce *Vveden*, quæ convenam ſignificat, & vago homini ſumme accomoda eſt, cognominati. Ex *Vveden* Germani *Vvenden* effecere; Latini vero Scriptores hanc ipſam vocem nunc in *Vindulos*; nunc in *Vinedos*, & nunc in *Vvandalos* immutavere.

§. XXIV.

Digitized by Google

§. XXIV.

Gothis ergo uuiverſis Illyrica lingua? Ita ſane; & ad id comprobandum ſatis ea deberent eſſe, quæ §. VII. ex Strabone attulimus; nempe Ælium Catonem ob unius, ejuſdemque commercium idiomatis quinquaginta Getarum millia in Mæſiam traduxiſſe. Mæſiam, quam Romani ob ſoli fertilitatem Cereris horreum appellabant, extendi ab Aureo, & Scodro montibus; & dividi in ſuperiorem, quæ nunc Servia dicitur; & inferiorem, quę Bulgaria; docet Cluverius l. IV. cap. XVI. Prius vero (quod in paræmia eſt) Herculi clavam, quam utrique genti linguam adimes Illyricam. Igitur, ut lubentiſſime cedimus Teutonico idiomati linguas Helveticam, Saxonicam, Anglicam, & Scoticam; ita jure contendimus, eſſe nobis Gothicam accenſendam. Quin priſcis temporibus haud amplas terrarum ſpatia Germaniæ, ſi D. Hieronymo fides. Is in Vita Hilarionis hæc ad rem noſtram: *Inter Saxones, & Alemannos gens eſt non tam lata, quam valida; apud Hiſtoricos Germania, nunc vero Francia vocatur.* Si ergo de Latina lingua Bochartus dubitat, an cardinalis ſit, ſive Græco-Æolici, & Celtici idiomatis ſoboles; monitos velim inclytæ Germanicæ nationis Scriptores, ut Illyricis Gothicas gentes non adimant, ne indicem Illyricarum vocum, quas ex Anglicis ego excerpſi Onomaſticis, quiſpiam noſtrum adaugeat; & an Teutonicę lingua hujuſmodi ſit filia, in dubium vertat. Blondus Forliviensis ſatius ſuo honori conſuluit; Gothos, Hunnos, & Wandalos paſſim vocans *gentem conſanguineam:* quam conſulant hi, quibus Gothi, & Hunni; imo & Wandali, Marcomanni, Quadique gens Germanica.

§. XXV.

Neque homo tam imperioſus ſum, ut velim ſtatim his fidem dari: ea propter ſubiiciam Wandalicarum vocum ſeriem,

420

riem, qua omnino conſtabit, gentem hanc Illyricam fuiſſe. Longiorem earundem vocum catalogum habemus in Orbino pag. XCIX: ego tamen eundem contraho; exſcribo videlicet ea verba ſolummodo, quæ una vel altera litera a verbis ſejunguntur Illyricis; & illa prætereo, quæ eiſdem prorſus elementis conſtant.

V E R B A

Wandalica	*Illyrica*	*Latina*
Ruzie	Ruſe	Roſæ
Stal	Stol	Sedes
Klach	Klak	Calx
Ptach	Ptich	Avis
Klicz	Kgliuc	Clavis
Zumby	Zubi	Dentes
Czyſti	Ciſti	Caſtus
Kuchas	Kuhac	Coquus
Milikuo	Mlieko	Lac
Mlady	Mladi	Juvenis
Strach	Strah	Timor
Volk	Vuk	Lupus
Czerzi	Cetiri	Quatuor
Piet	Pet	Quinque
Proſach	Proſiak	Mendicus
Mus	Mux	Maritus
Vvnach	Vnuk	Nepos
Mucha	Muha	Muſca
Tyſitz	Tiſſuchia	Mille
Loſt	Svietloſt	Lux
Snych	Snieg	Nix
Vvoda	Voda	Aqua
Vvieter	Vietar	Ventus
Kada	Kuda	Cauda

Snych

Digitized by Google

Snychno	Sniexno	Nivalis
Muy	Moi	Meus
Tanetz	Tanaz	Saltatio
Mys	Miſc	Mus
Smitti	Smiati	Ridere
Chualy	Huala	Laus
Dyl	Dil	Pars
Levu	Lau	Leo
Tuti	Tuchi	Pinſere
Matiti	Mlatiti	Percutere
Chtiti	Htiti	Velle
Naſs	Naſc	Noſter

§. XXVI.

Vitiarunt jam (quod pluries a me dictum) nunc Græci, nunc Latini Scriptores ferme omnes primigenias alienarum linguarum voces: & ne a meo recedam Illyrico, audiatur Bochartus in Phaleg p. 2. l. 1. cap. XXXIII. *Locorum incolas* (inquit ipſe de Cadmi, & Harmoniæ ſepulcro; hoc eſt de Canalium Raguſinorum ſitu diſſerens) *Phoenices appellarunt akeliin ideſt ruſticos. Inde Græci corrupta voce fecerunt Enchelios, & Enchelees. Regio tota eſt*) id addo, ut adprobem §. V. jam recitata) *inter Naronem, & Drilonem fluvios ab invicem diſtantes unius diei navigatione*. Sed quidquid vitii exoticarum nationum linguis inde irrepſerit, irrepatque quotidie; Judęus forte Apella negabit modo, non ſolum ſummam Vvandalicæ, atque Illyricæ Linguæ affinitatem, ſed nullum quoque diſcrimen; maxime cum ego data opera recenſere eas voces omiſerim, quibus eædem prorſus literæ, eademque elementa. Ceterum Gothis univerſis, neque tantum Vvandalis ſermo Illyricus. Suadent id Gothicorum regum, ac ducum nomina; etſi quo ad ſyllabas, ſonumque (quod ſuperius dolui) reperiantur ab Hiſtoriographis turpiter depravata. Do aliqua. *Uvidimir, Vladamir, Sigimir, Teodomir, Frigimir, Sveulad,*

Digitized by Google

Gelimir, *Radagoſt*, *Siſuldd*, *Rachimir*, *Raimir*, *Sanko*, *Sigiſmar*, *Uoiſmar*, *Miſislau*, *Mioslau*, *Ottocar*, *Sigiſtan*, *Vigislau*, *Predimir*, *Obrad*, *Vittis &c.* Suadet item vox *ovì* in Gallia Narbonenſi, quæ Gothica dicta eſt poſtquam in ipſam immigrarunt Gothi, olim uſitata. Siquidem (ut teſtatur Fontaninus lib. de Eloq. Ital. pag. clxii, n. iii, & pag. clxxi. Edition. Venet.) Gothis Septemtrionalibus eadem reſpondendi voce quoque mos. Plebej tamen homines eodem Fontanino auctore, nobilioribus accolis pronunciantibus *ovì*, dicebant *oc*; atque hinc ea Galliarum regio *Linguad'oc*, ut Italia *il Paeſe del Sì*. At *ovì* haud Germanicum, ſed Illyricum vocabulum; noſque Dalmatæ etiamnum *oſoviſſe*, quaſi *dic ovì*, homini non reſpondenti ingeminamus. Suadet tandem lapis vetuſtiſſimus, quem ex Jeremia Ruſſo Moſcoviticorum ſcriptore Annalium hic lubens exſcribo; & tum Illyricam, cum Latinam *ejuſdem* verſionem more meo adiicio.

STYN. OVVY. UKLOPYEN. BYLIE. JESTI. MERA. SGODE. KRUKOVUYE. NASS. MARKOMAN. I. BRETE. SLAVNOV. LITOV. BOYA. NASGA. MARKOMAN. PROYDE. NI. SLAVNOV. STYN. POKOI. LYTH. V. VIKA

Marcomanni, & Quadi conjunctiſſima, & ſocia gens paſſim a Geographis, Hiſtoriciſque appellantur, unde utriſque Illyricam fuiſſe linguam, facile eſt coniicere. Lapis vero iſte, qui tam Illyricus quam qui maxime, ab Orbino pag. civ. ita redditur Dalmatice: *Stina. Ovva. Uklopiena. Biljeg. Jeſt. Mira. Sgode. Krukovie. Nas. Markoman. J. Bratie. Slavnovieh. Litta. Boja. Naſcega. Markoman. Proide. Ni. Slavni. Stina. Pokoi. Lith. V. Vike.* Latine reddas eadem verba ſic. *Lapis iſte inſertus ſignum eſt pacis congreſſus Krukovienſis inter nos Marcomannos, & fratres Slavos anno belli noſtri. Marcomannus prætereat, nec Slavus. Lapis. Requies. Anni æterni.*

§. XXVII.

§. XXVII.

Cadmi, & Harmoniæ ſepulcrum jam conſtituimus in Illyrico, ſequuti Nicandrum in Theriacis V. DCVII, Bocharto interprete.

Drilon, & Naronis ora
Sidonii Cadmi nota Harmoniaque ſepulcro.

Cenotaphium hoc ſua haud vacavit fabula aliquando; legimus enim de ipſo apud Dionyſium V. cccxcv, eodem Bocharto teſte.

Quæ coeunt duo ſaxa gravi colliſa fragore
Infenſa Illyriis quoties fortuna minatur.

Sed mehercle Lapis iſte Marcomannicus adeo in eos pugnat, qui hujuſmodi gentem noſtro adimunt idiomati; ut multo fragore afferat, eorundem errorem parem illis Cochleis eſſe, *quas maximas in Illyrico reperiri*, docet Plinius l. IX. cap. LVI. Eapropter quum debeam neſcio quam vicem Tibi rependere, *Brunaci* humaniſſime, volo moleſtum Opus hoc aliquo lepore condire. Profecto ſcis, quonam me Volupe affeceris (Plauti, ni fallor, ejuſmodi vox), quum mihi Diſſertationem illam Tuam legendam tradidiſti, in qua agis quoque de uno eodemque, etiam in Italiæ urbibus uſitato (quod Muratorius ignorarat) Monachorum, & ſacrarum Virginum contubernio. Audies, imo videbis, quam facile præclariſſimi quoque in eorum judiciis decipiantur viri, ſi exterarum linguarum laborent ignorantia, & de iis nihilominus, quæ ad ipſas linguas ſpectant, ſententiam dicant. Juſtus *Fontaninus*, celebris ille noſtrorum temporum antiquarius, ridet *Menagium*, & *Salvinum*, quibus placuit etymon Italici vocabuli *Stravizzo* ab *extra*, & *bibitione* deducere. Interim ut probet, eos hujus verbi interpretationi oſcitanter, ne dicam inſulſe operam dediſſe, ſcribit hæc pag. ccccxli. Edit. Venet. in jam laudato lib. de Italic. Eloq. *Per eſempio* (Salvinum coarguit, citatque ejuſdem pag. 384.

 col.

col. 2.) *egli dà per evidente la ſua etimologia della voce popolare di Firenze* Stravizzo *per banchetto a modo di converſazione , traendola da* extra , *e* bibitio , *quaſi al ſuo dire* extraordinaria bibitio; *volendoci tutto queſto a compire il ſuo indovinello per accoſtarſi al Menagio , il quale medeſimamente paleſò gran genio a quella recondita parola di* bibitio , *unita poi a* extra , *come ſe ne' Conviti , e Banchetti non ſi faceſſe altro , che bere ſenza mangiare . L'etimològia non ſolo non ſembra evidente , ma è infelice , inveriſimile , e fredda , vedendoſi chiaro, che* ſtravizzo *vien da altra ſorgente , ed è diminutivo Toſcano di* ſtrava *parola Gotica , e allignata in Italia ſino dal ſecolo VI , la quale preſſo gli Scrittori Settentrionali vuol dire Banchetto, Convito. Giornande prima Cancelliere , e poi Veſcovo de' Goti di Ravenna in tempo dell'Imperador Giuſtiniano uſa tal voce per Convito a capi* xlix. *delle coſe Gotiche , o Getiche , il che vuol dire il medeſimo: e ſimilmente Olao Vormio con altri appreſſo il Ducange nel Gloſſario da lui chiamato Latino Barbaro. Anzi il Leibnizio nel Tom. I. delle Meſcolanze dell'Accademia di Berlino pag.* 8. *nota , che tuttavia preſſo i Sarmati con la voce di* ſtrava *chiamaſi un lauto Banchetto.* Si *Fontaninus* in Lexicon militare *P. Caroli ab Aquino* aliquando incidiſſet , haud ab ipſo Salvinus, & Menagius tam inſenſe vapularent . Aliud *nobis ſprava*, & aliud *ſtrava :* ſolemnem nempe epularum apparatum primum perſonat vocabulum ; alterum vero fauſtam inter potandum adprecationem , quæ a Dalmatis *ſdrava*, & *ſdraviza*, una tantum immutata litera , appellatur . Cogebar adhuc, ut Horatius Sat. x. ait , *diſcipulorum inter plorare cathedras* ; audiebam ſcilicet *Nicolaum Pripiſalich* inſignem noſtri temporis liberalium artium Profeſſorem , affinemque meum ; & jam tum didiceram , neſcio quem Geticarum rerum Scriptorem dixiſſe, *magnam potationum ſtravam*; hancque poſtremam vocem legi ab inepto correctore in *ſtruem* converſam . Neque ideo corripio Jornandem , Olaum Vormium , & Leibnitium, quibus *ſtrava* ſolemne convivium ;

cum

cum enim in epulis ſolemnibus ſint apud Sarmatas uſitatiſſimæ inter bibendum, fauſtæ quædam adprecationes, hinc ſolemni convivio quoque *ſtravæ* conciliatum nomen. Non ergo *Salvini*, & *Menagii* excipienda riſu, totque Plautinis perfricanda ſalibus conjectura. Ut ut ſit; quoniam ipſo *Fontanino* teſte *ſtrava* Geticum, Gothicumque vocabulum eſt; id lucri ipſe habeo, quod inter epulas conſtitutus, hoc eſt ſine labore ullo oſtenderim evidentiſſime, Gothos Illyrico Idiomati noſtro eſſe aſſerendos. Uno, ut dixi, excæpto Cluverio nemo nobis *Vvandalos* abnegat; iis autem, & Gothis unam eandemque fuiſſe linguam, noviſſimum habeo eruditiſſimi, ſummique viri teſtimonium. Is eſt *P. Jo. Hieronymus Gradonicus* Clericus Regularis, qui in ſuis auro, cedroque dignis *S. Gregorii Magni* Vindiciis cap. IV. num. XXIII. hæc ad rem noſtram: *Dici etiam poteſt Vvandalos hic pro Gothis ſumptos, quod ex eadem gente forent nati, legibus iiſdem uterentur, eademque lingua.* Neque ignoro Gothos ipſos a recutitis Verpis perpetuis diris devoveri; utpote *Magog* poſteros, a quo ſibi ſuoque Meſſiæ timent quam maxime: dummodo tamen irato Jove non tonet Cælum, habeant ranæ obſtrependi facultatem.

§. XXVIII.

Interim is unus tum Vetuſtatem, cum miram linguæ Slavonicæ inficietur Amplitudinem, a quo me præſente, hinc peſſimis avibus, Tu occœperas vapulare; eo quia neſcio ubinam loci non *Senatus*, ſed *Senati* vel dixeris, vel legendum pronunciaveris. Nulla ſcilicet in orbe urbs, in qua non videas in literatiſſimos etiam viros ſtringi aliquando, ut Martialis l. x. ait, *Orbilii ſcuticas, ferulaſque triſtes, ſceptra pedagogorum.* Utinam vero non ea Illyricis hominibus, quę barbaris Europæis ferme univerſis, literarum ignorantia olim fuiſſet! Non adeo indignam Te, Tuiſque deliciis, hoc eſt aut nullo, aut raro exornatam rudere hanc meam exciperes Diſſertationem. At ex Æliano Var. Hiſt. l. IV. c. VI. dudum ſciviſti, Andro-

tio-

tionem ſcripto reliquiſſe, quod *uti literis loco probri jamdiu habuimus*. Sane ſi unum Anacharſim Scytham excipias, quem Laertius antiquis adnumerat Sapientibus ob ſolam morum philoſophiam (nihil ſiquidem ipſi in ore magis, quam *mihi indumentum eſt læna; cæna caſeus, & lac*) nullum nobis niſi a virtute bellica (ſi virtutis nomine digna eſt) ornamentum. Narrat Aventinus l. IV. Annalium tantum ad tempora Ludovici Imperatoris, qui Lothario ſucceſſit, Slavos a Methodio Philoſopho literas accepiſſe: Socrates vero l. I. Hiſtor. c. XXVII. ſolum eas per Ulphilam Epiſcopum ad annum Chriſti 375 Gothis innotuiſſe. Et quia mater Amalaſuntha eiſdem inſtituere puerum Athalaricum cæperat, Gothorum proceres, teſte Procopio Hiſt. Goth. l. I. expoſtularunt, *non recte puerum, neque ut Regem decet, educari. Multum abeſſe a virtute literas. Qui magna auſurus, qui bello decora ſit quæſiturus, debere liberum a Magiſtrorum metu armis tractandis erudiri. Ne Theudorico quidem placuiſſe ullos Gothorum pueros ad ludum literarium mitti. Quippe ſolitum dicere, fieri non poſſe, ut qui didiciſſet flagra extimeſcere, ad contemptum enſium, haſtarumque aſſurgeret*. Hinc tota hiſtoria noſtra non niſi Carmina, vulgo *Popieuke*. Atque id fatemur ultro; non enim nobis inſania illa, & furor propemodum, qui Craintzio rerum Saxonicarum Scriptori. Ut ſibi *integer in Auguſta Hiſtoria reddatur Tacitus*, alta voce in Præfatione petit; & probra mille in invidiam Italorum evomit, ac ſi XX. *calent Titi Livii libros*, *ne* illuſtria Germanicæ gloriæ in lucem prodeant monumenta. Nihilominus & e literis mihi nonnulla adhuc, quibus hactenus dicta ſplendide confirmentur.

§. XXIX.

Porro quidquid olim Macedonibus virium, & virtutis fuit, id eos Illyricæ genti debuiſſe, teſtatur clare lib. VII. his verbis Juſtinus: *Sed Macedonibus aſſidua certamina cum Thraci-*

Digitized by Google

cibus, & Illyriis fuere, quorum armis veluti quotidiano exercitio indurati gloria bellica laudis finitimos terrebant. Quin multis ante Juſtinum annis (is enim ad Antonini Pii tempora dumtaxat floruit) Demoſthenes Olinth. I. Slavonicæ gentis egit panegyrim. Illyrios quippe, & Pæones commemorans [utramque gentem eſſe Macedonibus finitimam, Ulpianus Demoſthenis interpres adnotavit] Philippum regem Magni Alexandri patrem, quod barbarus ipſe in barbaros tam ſibi proximos ſemper iniquus ſuerit, mira prorſus arte incuſat. Tandem Appianus de Civil. bel. l. 21. refert, *Taulantios* [*Illyricam gentem*] *potitos Corcyra eſſe, & Liburnos ejectis Phrygiis Epidamnum occupaſſe*. Scymnus vero Chius qui Jambos ſuos nonageſimo ante Chriſtum natum conſcripſit anno, narrat; eoſdem *Liburnos Abſyrtides invaſiſſe inſulas; eiſque proprium, nempe Liburnidum nomen indidiſſe*. Utque ea, quæ de Glaucia, Bardyllio, Pleurato, Agrone, Theuca, Demetrio, Pinæo, Gentio [Illyricis regibus] referuntur paſſim tum in Græcis, cum in Latinis hiſtoriis, ommittamus; Illyrica gens ante Urbem conditam, teſte Virgilio, ſatis clara. Hæc ipſe l. 1. Æneid.

Antenor potuit mediis elapſus Achivis
Illyricos penetrare ſinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum, & fontem ſuperare Timavi.

§. XXX.

Referret hoc loci quivis Illyricus Scriptor, ampliſſimum illud terrarum ſpatium, quod ab Aquilonaribus ultimis regionibus in meridiem vergit uſque ad mare Adriaticum, fuiſſe noſtræ linguæ hominibus ab Alexandro Magno adtributum. Ejuſdem Alexandri diploma a Julio Balthaſſario Imperiali [ut ajunt] Cancellario repertum Conſtantinopoli, juſſu Caroli Magni Imperatoris aureis inſculptum characteribus, adhuc Pragæ inſpicitur in Eccleſia, quæ Slavorum vulgo appellatur; ſi Orbino fides, qui hujus diplomatis Italicum, exem-

Digitized by Google

xemplar dat pag. clxviii. Ego tamen non nihil dubito de hujus Diplomatis veritate. Quanquam enim ſacrum Machabæorum textum c. i. ver. vii: *& vocavit pueros ſuos nobiles, qui ſecum nutriti fuerant a juventute; & diviſit illis regnum ſuum, cum adhuc viveret*; omnino præferam id negantium auctoritati; puta Juſtini, Curtii, Plutarchi, & Oroſii: faveo nihilominus iis Interpretibus, qui adverſas adeo ſententias facili expoſitione conciliant. Primo enim mihi loco nominandus Angelicus Doctor S. Thomas, Gloſſa, Dionyſius, Stephanus, & alii (teſte Cornelio a Lapide) volunt ea verba *diviſit illis regnum ſuum* id unum ſignificare; Alexandrum, tradito Perdiccæ annulo ſuo, ſecreto eidem mandaviſſe, ut inter tot ab ſe electos, deſtinatoſque Principes regnum divideret. Et quidem cum inter ejuſdem primos heredes hi quatuor fuerint; Ptolomæus qui Ægyptum; Antigonus qui Aſiam; Arideus qui Macedoniam; Seleucus, qui Syriam, Babylonem, & Perſiam occupavit; neutiquam vero ipſe Perdiccas, quidquid is geſſit, ex Alexandri mandato geſſiſſe dicendus eſt. Adſtipulatur interpretationi huic Juſtinus ipſe; nam l. xii. hæc habet: *Cum deficere eum amici viderent, quærunt quem imperii ſui faciat heredem? Reſpondit, digniſſimum. Tanta enim illi magnitudo fuit; ut cum Herculem filium, cum fratrem Aridæum, & cum Roxanem prægnantem relinqueret, oblitus neceſſitudinum digniſſimum nuncuparet heredem. Sexto die præcluſa voce exemptum digito annulum Perdicæ tradidit, quæ res gliſcentem animorum diſſenſionem ſedavit. Nam etſi non voce nuncupatus heres, indicio tamen electus eſſe videbatur.* Jam vero Pragenſe diploma non annulum, ſed viventis nomen Alexandri habet: hinc ad certiora Illyricæ gloriæ monumenta. Poſtremum autem haud decus, quod pluribus tum Urbibus, cum Regnis, Provinciiſque etymon ſit prorſus Slavonicum. Ut præteream Luſitaniam ipſam quaſi *Luſy ſtàn* dictam, id enim paſſim in auctoribus reperiet quiſquis. Daunus Illyricus Diomedis ſocer ex Plinio l. iii. cap. xii. Dauniæ, hoc eſt illi parti Apuliæ, cujus Sipontum me-

Digitized by Google

metropolis initium dedit. Imo univerſam Apuliam ſortitam eſſe id nominis a voce Illyrica *Poglie*, dubitabit fortaſſe, qui nunquam Cluverium legerit de Polonię regno ita differentem. *Polonia incolis Polska a vocabulo Pole, quod Slavonica lingua campum ſignificat*. Et ne, aut *Stargrad*, latine urbem veterem, in Saxonia; aut *Slavenburgum*, hoc eſt Slavorum Oppidum, in Germania commemorem; hæc in ſua Bohemica Hiſtoria Pius II: *Pragenſe oppidum aggere, atque muro cinxit. De cujus nomine cum diſceptaretur, juſſit Libuſſa ex artificibus, qui primo occurreret, rogari, quid ageret; & ex primo ejus verbo vocari oppidum. Interrogatus faber lignarius quiſpiam, quid ageret; limen ſe agere dixit quod Bohemice Praba dicitur. Indeque urbi datum nomen; ſed corrupto vocabulo* (rectius dixiſſet, proprie Illyrico, nam limen *Pragh* Dalmatis) *Pragam dixere.*

§. XXXI.

Cum eruditiſſimi *Sandini* ita oblecter operibus, ut eadem tum diurna, cum nocturna verſem manu; monet ipſe, ut de Illyricis Sacris aliqua dicam. Hæc dat in Hadriani II. Vita. *Moravis indulſit, ut Slavonica lingua, quæ erat ipſis vernacula, uterentur in ſacro faciendo, & Divinis officiis recitandis.* In notis vero ſub num. 4. addit: *Id confirmavit Joannes VIII. extrema Epiſt. 147. apud Baronium ad an. 880. §. 19. & apud Labbeum Tom. 9. Concil. pag. 177, conditione, ut Evangelium lingua primum latina legeretur, deinde Slavonica annunciaretur. Eandem rem conceſſit etiam Innoc. IV. ut eſt videre apud Raynaldum ad an. 1248. §. 11.* Male itaque nonnulli ajunt, Illyricæ uſum linguæ in Sacris Eccleſiæ celebrandis; vel ſeculo nono, quo Moſcovitæ Chriſtianę religioni, imperante Baſilio Macedone, dedere nomen; vel vertente ſeculo decimo, imperantibus Baſilio Juniore, & Conſtantino, incepiſſe. Bollandus in Vita S.S. Cyrilli, & Methodii ad diem 9. Martii pag. 22; & 24 eadem quæ *Sandinus* narrat; neque ab unanimi horum ſententia prudentem virum vel machinæ divellant. Quin ſcio optime, Parravicinum in Polyanthea Sacrorum Canonum Tom. III. V. Miſſa, §. III. num. I. hæc ex Epiſt. 195. Joannis VIII. literis prodidiſſe: *audivimus etiam, quod Miſſas can-*

xemplar dat pag. clxviii. Ego tamen non nihil dubito de hujus Diplomatis veritate. Quanquam enim ſacrum Machabæorum textum c. i. ver. vii: *& vocavit pueros ſuos nobiles, qui ſecum nutriti fuerant a juventute; & diviſit illis regnum ſuum, cum adhuc viveret*; omnino præferam id negantium auctoritati; puta Juſtini, Curtii, Plutarchi, & Oroſii: faveo nihilominus iis Interpretibus, qui adverſas adeo ſententias facili expoſitione conciliant. Primo enim mihi loco nominandus Angelicus Doctor S. Thomas, Gloſſa, Dionyſius, Stephanus, & alii (teſte Cornelio a Lapide) volunt ea verba *diviſit illis regnum ſuum* id unum ſignificare; Alexandrum, tradito Perdiccæ annulo ſuo, ſecreto eidem mandaviſſe, ut inter tot ab ſe electos, deſtinatoſque Principes regnum divideret. Et quidem cum inter ejuſdem primos heredes hi quatuor fuerint; Ptolomæus qui Ægyptum; Antigonus qui Aſiam; Arideus qui Macedoniam; Seleucus, qui Syriam, Babylonem, & Perſiam occupavit; neutiquam vero ipſe Perdiccas, quidquid is geſſit, ex Alexandri mandato geſſiſſe dicendus eſt. Adſtipulatur interpretationi huic Juſtinus ipſe; nam l. xii. hæc habet: *Cum deficere eum amici viderent, quærunt quem imperii ſui faciat heredem? Reſpondit, digniſſimum. Tanta enim illi magnitudo fuit; ut cum Herculem filium, cum fratrem Aridæum, & cum Roxanem prægnantem relinqueret, oblitus neceſſitudinum digniſſimum nuncuparet heredem. Sexto die præcluſa voce exemptum digito annulum Perdicæ tradidit, quæ res gliſcentem animorum diſſenſionem ſedavit. Nam etſi non voce nuncupatus heres, indicio tamen electus eſſe videbatur.* Jam vero Pragenſe diploma non annulum, ſed viventis nomen Alexandri habet: hinc ad certiora Illyricæ gloriæ monumenta. Poſtremum autem haud decus, quod pluribus tum Urbibus, cum Regnis, Provinciiſque etymon ſit prorſus Slavonicum. Ut prætercam Luſitaniam ipſam quaſi *Luſy ſtàn* dictam, id enim paſſim in auctoribus reperiet quiſquis. Daunus Illyricus Diomedis ſocer ex Plinio l. iii. cap. xii Dauniæ, hoc eſt illi parti Apuliæ, cujus Sipontum

me-

metropolis initium dedit. Imo univerſam Apuliam ſortitam eſſe id nominis a voce Illyrica *Poglie*, dubitabit fortaſſe, qui nunquam Cluverium legerit de Poloniæ regno ita differentem: *Polonia incolis Polska a vocabulo Pole, quod Slavonica lingua campum ſignificat*. Et ne, aut *Stargrad*, latine urbem veterem, in Saxonia; aut *Slavenburgum*, hoc eſt Slavorum Oppidum, in Germania commemorem; hæc in ſua Bohemica Hiſtoria Pius II: *Pragenſe oppidum aggere, atque muro cinxit. De cujus nomine cum diſceptaretur, juſſit Libuſſa ex artificibus, qui primo occurreret, rogari, quid ageret; & ex primo ejus verbo vocari oppidum. Interrogatus faber lignarius quiſpiam, quid ageret; limen ſe agere dixit quod Bohemice Praba dicitur. Indeque urbi datum nomen; ſed corrupto vocabulo* (rectius dixiſſet, proprie Illyrico, nam limen *Pragb* Dalmatis) *Pragam dixere.*

§. XXXI.

Cum eruditiſſimi *Sandini* ita oblecter operibus, ut eadem tum diurna, cum nocturna verſem manu; monet ipſe, ut de Illyricis Sacris aliqua dicam. Hæc dat in Hadriani II. Vita. *Moravis indulſit, ut Slavonica lingua, quæ erat ipſis vernacula, uterentur in ſacro faciendo, & Divinis officiis recitandis.* In notis vero ſub num. 4. addit: *Id confirmavit Joannes VIII. extrema Epiſt. 147. apud Baronium ad an.* 880. §. 19. *& apud Labbeum Tom. 9. Concil. pag. 177, conditione, ut Evangelium lingua primum latina legeretur, deinde Slavonica annunciaretur. Eamdem rem conceſſit etiam Innoc.* IV. *ut eſt videre apud Raynaldum ad an.* 1248. §. 11. Male itaque nonnulli ajunt, Illyricæ uſum linguæ in Sacris Eccleſiæ celebrandis; vel ſeculo nono, quo Moſcovitæ Chriſtianæ religioni, imperante Baſilio Macedone, dedere nomen; vel vertente ſeculo decimo, imperantibus Baſilio Juniore, & Conſtantino, incepiſſe. Bollandus in Vita S.S. Cyrilli, & Methodii ad diem 9. Martii pag. 22; & 24 eadem quæ *Sandinus* narrat; neque ab unanimi horum ſententia prudentem virum vel machinæ divellant. Quin ſcio optime, Parravicinum in Polyanthea Sacrorum Canonum Tom. III. V. Miſſa, §. III. num. 1. hæc ex Epiſt. 195. Joannis VIII. literis prodidiſſe: *audivimus etiam, quod Miſſas can-*

 tes

Digitized by Google

res in barbara, hoc eſt Sclavonica lingua; unde jam literis noſtris per Paulum Epiſcopum Anconitanum tibi prohibuimus, ne in ea lingua Sacrarum Miſſarum ſolemnia celebrares. Item non ignoro, Thomam Archidiaconum Spalatenſem in Vita Epiſcoporum Salonitanorum, edita a Joanne Lucio, cap. xvi. narrare, ad tempora Alexandri II. omnium Epiſcoporum Croatię, & Dalmatiæ Synodum habitam fuiſſe; & in ea a Legato S. Sedis pronunciatum, ne quis amplius præſumeret Illyrico idiomate Divina myſteria peragere. Audiatur de Marca l. v. de Concord. & Imper. cap. 47. num. 7: *Alexandrj II. Pontificatu cum Sclavi maxime cuperent fieri ſibi poteſtatem divina celebrandi in lingua Sclavonica, quod prohibitum in Synodo fuerat a Maynardo Sedis Apoſtolicæ Legato, idem Alexander negavit, jubens interim, ut decreta Maynardi ſervarentur.* Tandem haud me latet, Gregorium VII. Alexandri ſucceſſorem l. 7. Epiſt. 2. hæc ad Uratiſlavum Bohemiæ Ducem ſcripſiſſe: *Quia Nobilitas tua poſtulavit, quod ſecundum Sclavonicam linguam apud vos Divinum annueremus celebrari officium, ſcias, Nos huic petitioni tuæ nequaquam poſſe favere.* Sed ſive ob eam ex aere in Apoſtolico Palatio auditam vocem, *omnis ſpiritus laudet Dominum*, ut ex Joanne Dubravio in Bohem. Hiſt., & ex Ænea Silvio in Epitom. Decad. Blondi Orbinus refert pag. 46; ſive (quod magis reor) ob preces a Sanctis Cyrillo & Methodio Romæ interpoſitas, tandem data Illyricis hominibus poteſtas Divina Officia Illyrico idiomate abſque ulla Latinæ linguæ intermixtione recitandi. *Literas denique Slavonicas* (ita Joannes VIII. laudata Epiſt. 247.) *a Conſtantino quodam Philoſopho repertas, quibus laudes Deo debitæ reſonent, jure laudamus; & ut in eadem lingua Chriſti Dei noſtri præconia, & opera enarrentur, jubemus. Nec ſanæ Fidei, vel doctrinæ aliquid obſtat, ſive Miſſas in eadem Slavonica lingua canere; ſive Sacrum Evangelium, vel lectiones divinas novi, & veteris Teſtamenti bene interpretatas, & translatas legere, aut alia horarum officia omnia pſallere. Quoniam qui fecit tres linguas principales, Hebræam ſcilicet, Græcam, & Latinam, ipſe creavit & alias omnes ad laudem, & gloriam ſuam.* Etiam Romæ in Sa-

cris

Digitized by Google

cris ſolemnioribus hujus linguæ uſus; nempe in Eccleſia S. Hieronymi, vulgo *Illyricorum*. Sixtus V. Pont. Max. hanc ſacram Ædem impenſe coluit, aſſerebat ſiquidem, ſibi avuos ex Illyrico fuiſſe. Oppido, ex quo hi ob irruentium Turcarum metum Italiam advenere, non *Coſcizzæ*, ſed *Kruſcizæ* nomen; & Illyrice *locum piris conſitum* ſignificat. Hinc ejuſdem Sixti avuis *Perettorum* cognomen. Legatur P. Caſimirus *Tempeſti* in noviſſima hujus Pontificis Vita.

§. XXXII.

Do nunc brevem totius Diſſertationis meæ periocham. Quoniam non is Linguarum primigeniarum numerus, quem nonnulli perperam conſtituunt; præſertim vero, cum antiquitus in Europa, quæ inter Noachi filios *Japheto* obtigit, nemo unquam tot poſſit enumerare varia idiomata, quæ inter ejuſdem *Japheti* filios, ac nepotes rite diſtribuantur; aſſeramus neceſſe eſt, unam eandemque linguam pluribus familiis omnino fuiſſe, particulari tantum loquendi proprietate, quam Græci *Dialectum* vocant, ſejunctam. Jam vero ex vetuſtiſſimis monumentis conſtat, Thracibus, Illyricis, Sarmatis, & Getis Scythicæ, vel Celtoſcythicæ (quæ modo Illyrica, vel Slavonica appellatur) adtribuendum eſſe linguæ commercium; cumque Thracum auctor *Thiras*, Illyricorum *Dodanim*, Sarmatarum *Riphat*, ac tandem Getarum parens fuerit *Magog*; ipſis ſaltem quatuor ex Japheti familia eandem linguam obtigiſſe, dicendum eſt. At dum cogito a tabula amovere manum, incido in venuſtiſſimum Carmen Illyricum, quod in hoc ipſum argumentum exaravit olim *Ignatius Georgius* Benedictinorum Raguſino-Meliteuſium Abbas. Ipſum exſcribo; quin Strophis ſingulis latinam meam Paraphraſim, & ferme de verbo ad verbum peractam adiicio Verſionem. Auctor tamen (id arbitror animadvertendum) more Illyricis Scriptoribus hactenus uſitato, ab uno *Thira*, hoc eſt a ſolis Thracibus noſtram deducit originem. Ipſemet *Georgius* ad V. C. *Jacobum Facciolatum* Illyricæ ſuæ *Magdalidos* librum primum tranſmittens Latinis verſibus redditum; teſtatur, hujuſmodi Verſionem prorſus *refractariam* eſſe. Non adeo tamen mihi iratæ Latinæ Muſæ annum LV. ætatis agenti, ut eas non audeam pluſquam poſtliminio ad id operis revocare.

Digitized by Google

PIESAN

I.

Blegliaſceſe is daleka
U ruxizab Zorra okolo;
I na ſvarbu ſvoga tièka
Priſtupaſce nocchno Kollo.

II.

A ia miſlech ſa ciaas mòcbi
Stech, i slavu u kom boju;
Trajab dughe ciaſſe od nocbi
Nepokoinom u pokoju.

III.

Ciemſe tako ſaman paſe
Misli iſpraſnom pamet truduna;
Etto is nenad prikaſaſe
Mom pogbledu ſien priciudna.

IV.

Tkaniem ſlatom ſua ſivaſce
U naliciu od Pieſnika;
Komu cello pokrivaſce
Svyta s'ruſam lovorika.

V.

S'okolizam iaſniem doli,
Dvorna liza, pun gliubavi;
Drobna ſtaſſa, ſied napoli,
Bieſce Pjeſnik prigbiſdavi.

VI.

Stab u ciuddu ſa prie ſnatti
Te prikaſni ſvarbu, i ime;
Kadmi ſiedde Kilikovati
Pjeſnik glaſom medenyme.

VII.

Digitized by Google

CARMEN

I.

NOn bene protulerat rutilos aurora capillos,
Candebatque procul roſeo diademate cincta;
Et rota, nocturno quæ tempore circuit axem,
Explebat proprium, metæ jam proxima, curſum.

II.

At mihi, dum meditor pariant quid prælia laudis;
Quot Mars donet opes; referat quæ præmia miles
Impiger, & fortis; ſummum irrequieta laborem
Ipſa dabat requies, momenta in tempora mutans.

III.

Dum timet, & ſperat fruſtra; dum paſcitur iſtis
Anxia mens curis; vario phantaſmata luſu
In miram ſpeciem coijerunt protinus; Umbra
Nam ſtetit ante oculos hominis ſub imagine noſtros.

IV.

Tota auro tenui veſtis contexta micabat;
Atque ea forma olli, quam ſcimus Vatibus eſſe:
Pulchre immixta roſis, quas ipſo e ſtipite dicas
Jam modo ſublatas, cingebat tempora laurus.

V.

Os blande ridens, Vatum de more cothurno
Præcinctæ ſuræ, brevior ſtatura, capilli
Vix vix ſubcani, virtus juvenilis (ut uno
Omnia complectar verbo) ſpirabat amorem.

VI.

Obſtupui, & merito; volvebam mente, quid eſſet
Manibus, atque Umbris mecum? ſed ſcire volenti
Et genus, & nomen, vox hæc gratiſſima, melle
Dulcior atque ipſo porrectas perculit aures.

474

VII.

Rimguaninſam Ovvidio,
Ki gliuvenè ziech. Krivinè,
Doſpieh xivot moi nemio
Sred ſlovinske pokraine.

VIII.

U ſlovinskoi ovvoi ſtrani
Beſiedde uſeh vaſce rodne;
Numi pievvat ſmart ſabrani
Gnim xudiene pieſni ugodne.

IX.

I er predgnu chiud pod nebbi
Martav ciovick nepovarne;
I prighnuchia ſtara u ſebbi
Raslucene Duſce uſdarne:

X.

Joſc-ſe oko moyeh Koſtj
Pietti xeglian moi dub vartj;
Nu ſcto xudim ſvom ſtaunoſti
Sakonimi brane od ſmarti.

XI.

I ako gliubih rodne kraje,
Gdie ſa mallo bymi ſtati;
Na vas gliubav mà vecchiaie
Skiemchiu u vieke pocivati.

XII.

Riecje od mudrieh, ſnaj da vyku
Ondie gliubav Duſcia gdie;
Pokli u bichiu ne rasliku
Iſto Duſcia ſgliubavie.

XIII.

Tiem kad tjelo s'vamje moje,
A us tielo xeglna Duſcia;
Onna vaſciu potrebnoie
Da u viek gliubav noſſi, i kuſcia.

XIV.

Digitized by Google

VII.

Naſo ego Romuleus, noti qui ob crimen amoris
(Nam quoque crimen amor) vixi longe exul ab Urbe;
Et tandem miſeræ complevi tempora vitæ
In medio Illyricæ, qua nulla eſt vaſtior, oræ.

VIII.

Lingua Getis, vobiſque eadem; ſermonibus aures
Aſſuevi veſtris, meditans jam dicere carmen
Illyricum: dum tento novas ad plectra Camænas,
Impia mors rapuit, traxitque ad tartara vatem.

IX.

Et quoniam manes (Lethæi fluminis unda
Nequidquam id prohibet) mentemque, animumque priorem
Vel poſt fata gerunt, ipſa & poſt funera ſervant;
Olim optata petunt, dudumque cupita repoſcunt:

X.

Impatiens agitat quoque nunc mea ſpiritus oſſa;
Dat nullam cineri requiem; nunc flebile carmen,
Nunc vocem ingeminat mæſtam; lacrymatur, oberrat:
Aſt animo, & votis duri lex funeris obſtat.

XI.

Si patrios etenim dilexi jure penates,
Amiſſos quanquam modici poſt temporis uſum;
Diligo plus veſtras, nam plus his debeo, terras,
Cum dent in tumulo manſuram in ſecula ſedem.

XII.

Voce hac poſſe nihil dici ſapientius unquam,
Ipſe ſcias certo: nemo ſejungere amorem
Noſtra a mente poteſt: amor eſt ubi ſpiritus; iſte
Aut amet, aut animet, re jam verſatur ab una.

XIII.

Oſſa igitur quando tellus mihi veſtra recondit,
Atque agit, ut ſacra recubent quoque molliter urna,
Vel natura jubet, cujus jura optima, ſemper
Vos amet, & quærat; repetatque hic ſpiritus ipſe.

XIV.

XIV.

K'tebbi dogbiob po prilizi,
Erſi mnogbo sliccian meni;
Obba duaſmo mi Pjeſnizi;
Nu ja mertav, a ti lianj.

XV.

Satò pievaj, terme iſmienì
Kros pievagnja naimillia;
Pievvà u ieſik tvoj rodjenj,
U ki xegliab pievvat i ia.

XVI.

Erga ochiutieb koje mocchi,
I dokleſe slavno uſpeo,
Dàga necbie viek pritecbi
Rimski Tever, Garcki Alfeo.

XVII.

Rieci iakos, i bitrinu
Iſgovornu ſnab u gnemu,
Sa dat ſvietlos, otet tminnu
Beſſjedegnu naidubgliemu.

XVIII.

Tolie sladak ſa gnim pietti
Liepos, kati dub ſarobi,
Da riec ſlaviz more iſrieti
Gnjom ſvou gliubav ſpoviedobi.

XIX.

'A kad bojni vapaj dixè,
I viteſe slavvit barli,
Rekbi trùbglia da podxixe
Sarza ogbgnenà na boj varli.

XX.

On u ſcpotab neiſrecenà
Millineſe dikom gbiſda;
A u bualab proslavgliene
Gliudi iſnoſſi viſce od ſviſdà.

XXI.

XIV.

Gratia, frons, oculi; nobiſque ſimillima forma
Ad te me duxit: facile eſt noviſſe poetam:
Ambo ſumus vates; aſt hoc diſcrimine, lingua
Pigra tibi ex animo, mihi ſævo a funere torpet.

XV.

Ergo vices ſubeas noſtras, & carmina cantes
Ipſe ego quæ volui quondam cantare: cupido
Te mea ſollicitet poſthac, meus urgeat ardor:
Verſibus Illyricis, inquam, tu carmina cantes.

XVI.

Eſt equidem veſtræ linguæ vis maxima; & ipſi
Romuleus cedit Tyberis, ceditque pelaſgus
Alphæus palmam: credas; caput extulit alte,
Et mire expanſis prætervolat æthera pennis.

XVII.

Crediderim haud aliud forſan cœleſtibus eſſe
Mentibus eloquium, tam ſunt ſua fortia verba:
Protinus obſcuris dat lucem ambagibus, omnes
Atque adimit ſubito ſenſis ſublimibus umbras.

XVIII.

Quando pulchri aliquid ſeſe conſpectibus offert,
Lumina nec tantum, ſed mentem faſcinat ipſam;
Dulce adeo reſonat, Philomela ut vellet, amores
Dum cantat proprios, his tantum vocibus uti.

XIX.

Bellica cum vero cantu certamina narrat,
Laudat & Hæroas; vocem ſonitumque tubarum
Induit, ut videas iam iam fera caſtra moveri,
Oraque commiſſi ſpectes ſudantia Martis.

XX.

Ludere ſi placeat, blanda & ratione jocari,
Innumeras præſtat veneres, & mille lepores:
Si canere at laudes, ſuperum volat impete ad axem
Serta viris tantum radianti e ſydere nectens.

XXI.

Vigh poſledgna u vremena
Od jeſika ſegai diku;
Kolikoje uſviſcena
U tvom ſamu Dubrovniku.

XXII.

Ghledà onamo s'kraja od ſvita
Gdie od Leſcke rodien karvi,
Grè pun ſnagna glaſſovita
Kokanovski Pieſnik parvj.

XXIII.

Na gnegova piègna uredna
Mraſni Siever tiek uſtavi;
I xegliesna ſviesda ledna
Uxexeſe u gliubavi.

XXIV.

A ovvamo u iſtinu
Spievaozi ſvietli od viſce
Dalmatinsku pokrainu
Svu lovorim naſadiſce.

XXV.

Priebih plame Raiskieh dvoraa;
Vocchie u jeſſen, klaſie ob litti;
Priebih mogho vaale od morra,
Srake od ſunza pribroitti:

XXVI.

Negh isbroit ſve poreda
Mudroſnanze, i pieſnike
Kiem Slovinska zti beſſieda,
I zavtiecbie slavno u vyke.

XXVII.

Stan guoſdenni Boga od boja;
Simgnom maglom Vitoſe tmaſti,
I Mariza rieka, koja
S'Orſevvieb ſuſaa uſraſti:

XXVIII.

XXI.

Quæ decora Illyricæ ſint noſtro hoc tempore linguæ;
Et laudum, quam læta ſeges, circumſpice: ſola
Vel Raguſa ſatis ridente ſuperbiat ore,
Improbaque adverſi ſpernat luctamina fati.

XXII.

Orbis ad extremam quin vertito lumina partem;
Muſarum egregias ubi mire excultus ad artes
Docta voce canit Vates Kokanouskius; ille
Sanguinis o veſtri decus immortale Poloni.

XXIII.

Illius ad carmen vim iam præſenſit amoris,
Non ultra gelidus mira ratione Bootes;
Et fruſtra Borea, fruſtra frendentibus Euris
Conſtitit interea ſeptem rota pulchra Trionum.

XXIV.

At neque Dalmaticis, quas abluit Adria, terris;
Et quas irriguo perluſtrat fonte Timavus,
Mille quidem deſunt illuſtria nomina Vatum:
Conſita ubique viret, longo ſtans ordine, laurus.

XXV.

Ipſe prius nitidi numerabis ſydera cæli;
Quot Ver det flores, fruges Autumnus, & Æſtas:
Quot pariat ſegetes; vento moveantur ariſtæ;
Sol ſpargat radios, & volvant æquora fluctus;

XXVI.

Quam dixiſſe queas, ceu ſacra a Pallade ametur
Illyris, & doctæ placeat docta ipſa Minervæ:
Floruit, & quidquid meditetur ſæva vetuſtas
Una cum eſtincto ſua gloria concidet orbe.

XXVII.

Hic ubi belligeri ſtant ferrea mænia Martis,
Hiberniſque Æmus fumat tenebroſus ab umbris;
Et nunquam placidis Hebrus præterfluit undis
(Auxit aquas lacrymis, mortem flens conjugis Orfeus).

XXVIII.

Granizzeſu gnoj iſtocnè,
I gne tieku ſvarhe nie,
Dok harvaska Drava pocnè,
I vaal ſvarſci od Adrie.

XXIX.

Rukè od tole ſvoe slobodne.
Raskrigliena iſvan mierre,
Priko Kragnske ſemgliè plodne ;
I planinaà Czeckieh ſterre .

XXX.

Gnoj Lituanska ſtrana, i Leſcka ;
Gnoj ſtriegliozi zarnoruſſi ;
Gnoj Moſckovska vlas viteſcka
U iednuſſe kittu uſbuſi.

XXXI.

Gnù govorè tamni, i bliedi
Samoxiſtua ſred gnibova,
Puſtolovni Samojedi,
I ledenà ſemglia novà.

XXXII.

Pacce Europi plecchi obrati
Sa goſpodit priko Aſie,
Kadà ſiedde ſtolovatti
Sred Kineske Sieverie.

XXXIII.

Tatarina gnom prietiti
Darxavami, kiem bliſuie
Perſianin uſmnoxitj
S'Hvaliamskoga morta ciuje.

XXXIV.

Ona obſtarta mnoſtvom uredniem
Svoe ſtupaje s'mnoggom hvalom ;
Adrianskiem , Zarniem , Ledniem ;
I Nemaſckiem perrè valom.

XXVIII.

Exoritur læte, ſolaque a laude recepto
Nomine; totque actis, quot ſunt ſua bella, triumphis,
Conſtat ut epoti dilecta ad flumina Dravi
Avolat, Adriacis telum immiſſura procellis.

XXIX.

Inde irata redit, manibuſque ad prælia; famæ
Et decora expanſis; felix te Carnia cernit;
Fęcundunque amplexa ſolum, ſe ad Czeckica regna
Proripit, antiqui ſub nomine nota Bohæmi.

XXX.

Olli Sauromatæ, dant olli thura Poloni,
Nigraque gens tuto dimittens ſpicula ab arcu;
Donat & e multis junctum diadęma coronis
Immenſum imperium, Moſcorumque inclyta virtus.

XXXI.

Hic iam ſermo Getis albique, nigrique coloris;
Et Trogloditis inter deſerta, feraſque:
Roboreo hunc loquitur paſtus Samoyeda melle;
Hunc nova, perpetuo quæ torpęt frigore, tellus.

XXXII.

Vaſta adeo nec regna ſatis: dat terga ſuperba
Europæ terris: Aſiæ ſpe devorat oram:
Atque indepta tuas fęcunda Siberia ſedes
Chinarum imperio, vel jus, vel fata minatur.

XXXIII.

Illyricas voces æquor quoque Caſpium obaudit,
Quas enſe obſtricto reſonat gens Tartara; quando
Cum bello illatura necem tibi proxima regna
Provocat, immenſis opibus ſat turgide Perſa.

XXXIV.

Cincta hinc perlongo populorum examine; laudes
Atque inter lauros, ferme queis obruta ſudat;
Imperat Oceano, Ponto ſua jura miniſtrat;
Se lavat Adriacis, & ſe Glacialibus undis.

XXXV.

PIESAN.

XXXV.

Oder gneje, plodna Sava,
Mraſna Raba, Heper varli,
Viſla obolla, bojna Drava,
Zarna Tana, Dunaj barli.

XXXVI.

Satò u ovve glas beſſiedè
Tac proſtrane, i bvagliene,
Da rueſe ime viſce uſvedè,
Pievat uſmi mieſcte mene.

XXXVII.

Alli napoj ti gliuveno,
Er moj plamje ſuſe lievo;
I damie dopuſcteno
U viek tako nebib pievvo.

XXXVIII.

Iſctone ovve ricci iſuſti,
A vidieſe tai cias meni,
Daſe ſaſvjem u me upuſti
Sa moi Jeſik plam gliuveni.

XXXIX.

Posluſcioſam nu Rimskoga,
Kako zienim ia, Pieſnika;
Er Jeſika nie moga
Pieſan ovva malla dika.

SVARHA OD PJESNI.

Quæ:

Digitized by Google

XXXV.

Quæ parent ipſi, referat quis flumina? Volga,
Fæcundus Savus, celebris ſatis Odera, Dravus,
Viſtula, Danubius, Tanais, Moldava, Tibiſcus
Gaudent, ſe Illyricis prognatos fontibus eſſe.

XXXVI.

Macte animis igitur; cumque hæc ſibi copia laudum,
Hæc ſpatia, hæ ſedes; tantum te Slavica lingua
Vatibus adnumeret; pro me ſua carmina dicas:
Namque ita permultos nomen tibi vivet in annos.

XXXVII.

Attamen inſani confringe Cupidinis arcum,
Et pharetram æternis exuras ignibus: ipſi
Sat lacrimæ, & fletus noſtri: des vivere nobis,
Lethæo primum demergam flumine amorem.

XXXVIII.

Vix hęc: tunc animum cæpit non ſueta voluptas
Carminis Illyrici: menti novus inſidet ardor:
Threicii & Vatis quodam ceu percitus oeſtro.
Alto ſomno etiam patrios immurmuro verſus.

XXXIX.

Romuleus fruſtra nec Vates talia; namque
Audivi imperium, ſacra & mandata peregi:
Scilicet Illyricum cecini iam carmen; & inde
Haud parva Illyricæ ſuccreſcet gloria linguæ.

FINIS CARMINIS.

Ti-

444

§. XXXIII.

Timeo tamen, mi *Brunaci*, ne quod pluries tecum dolui, & in nonnullis Scriptoribus prope iratus caſtigavi; brevia admodum noſtræ vitæ ſpatia eſſe, has inter nugas oblitus ſim. Etſi nec longa Præfatione Tibi caput obtuderim, nec ullam Notam Diſſertationi meæ, oſtentandæ eruditionis gratia, appoſuerim: uno verbo, quanquam brevitati quam maxime ſtuduerim, adhuc diu Te a rebus Tuis abduxi. Itaque vel inſigni Muſeo Tuo, vel immortalibus Tuis Te reddas Annalibus. Tantum abs Te etiam, atque etiam expoſtulo, ut cum primum Venetias iveris, *Petro Gradonico* Jacobi F., communi Mæcenati noſtro, Patricio antiquarum rerum nil minus nobis ſtudioſiſſimo, meo nomine ſalutem dicas. Non una ipſum cumulat laude eruditiſſimus æque ac ampliſſimus *Marcus Fuſcarenus* Eques; & D. Marci Procurator in celeberrimo ſuo de *Veneta Eruditione* Volum. I. pag. 353. Sed inter cetera imprimis ego adprobo, quod nec labori parcat, nec ſumptibus; ut, quæ ingentis molem requirerent Voluminis, vel ab ſe in paucas contracta Notas; vel a Pictoribus ob oculos poſita, abſque temporis impendio ſtatim videri queant; ex quo Domus ejus non ſolum erudita quædam academia eſt; ſed facilis, eaque locupletiſſima rerum hiſtoricarum bibliotheca. Interim Vale.

FINIS.

5334632

Digitized by Google